STATUTA GENERALIA BARCHINONENSIA REGULARIS OBSERUANTIAE...

Francescani

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
27 M
35

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



SANCTUS ANTONIUS ABBAS


14.27.M.35

STATVTA

GENERALIA BARCHINONENSIA

REGVLARIS OBSERVANTIAE.

Seraphici S.P.N. Franciſci pro eius Ciſmontana familia nouiſsimè in Comitijs Generalibus intermedijs Segouiæ habitis anno Dñi 1621. ſub R.P.F. Benigno à Genua totius Ordinis Generali Miniſtro, accuratiùs reuiſa & faciliori methodo diſpoſita, ſummo Patrũ conſenſu recepta, & approbata.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Della scala

MATRITI.

Apud Thomam Iuntam Typographum Regium.

Anno M. DC. XXI.

Prouerbior. 1.

AVdi fili mi diſcipli-
nam patris tui, & ne
dimittas legem matris
tuæ, vt addatur gratia ca
piti tuo, & torques collo
tuo.

PRO-

Eccleſiaſt. 1.
Pſalm. 102.
Pſalm. 103.
Ephes. 4.
Iob. 4.

ETſi nihil ſub Sole nouum, veruntamen renouandam vt Aquilæ iuuentutem noſtram Regius Pſaltes cecinit, & faciem terræ renouari precatur, & ſpiritu mentis noſtræ renouari, nouumque induere hominem, Apoſtolica voce præcipimur. Non igitur mirum, cum homo numquam in eodem ſtatu perſiſtat, ſi pro eius mutabilitate, & pro temporum varietate, etiam ſtatuta regularia, quæ ſpiritualem hominis renouationem, ipſiusque in melius conuerſionem enixè intendunt (eorum tamen immobili permanente intēto) interdum renouentur, & reformentur interdum.

Quare oporteat interdū renouari ſtatuta.

Ipſe etenim Dominus ea, quæ in Veteri Teſtamento inſtituerat, laudabiliter innouauit in nouo. Nam quæ vſu vileſcunt, antiqua pariter, & renouata delectant: neque ſecundum Canonicas ſanctiones reprehenſibile eſt iudicādum, ſi propter temporum viciſsitudinem ſtatuta varientur humana.

Cap. non debet de cōſangui. & affini.

Hinc eſt, quod poſt illa ſacroſancta noſtrorum Priorū Patrū, & zelo, & pietate ſanctè fulgentium, Narbonenſia ſtatuta, ſub Seraphico Doctore S. Bonauentura tunc noſtri Ordinis Generali Miniſtro edita, & poſt alia, quæ antiqua nuncupātur in Capitulo Perpinianēſi, (vt creditur) anno Domini 1331. in duodecim capita redacta, vtraque pro vniuerſo ordine condita: Patres Vicarij Prouinciales regularem noſtri Ordinis Obſeruantiā in hac Ciſmontana familia tunc temporis amplectentes, in Conuentu S. Mariæ de Ieſu Barchinonæ, anno à mundo redempto, 1451. Capitulariter congregati, Apoſtolica D. Eugenij IIII. & Nicolai V. ſibi indulta facultate, ſtatuta, tam Apoſtolica, quàm ordinis in vnum compegentes, multiſque pro tunc minus neceſſarijs omiſsis, & quibuſdam permutatis, & abbreuiatis, & nonnullis, quæ commoda videbātur, adiectis, nunquam ſatis laudata ſtatuta, quæ Barchinonenſium huc vſque nomen retinent, per nouem capitula diſpoſita in lucem dederunt.

Narbonenſia prima Ordinis ſtatuta ſub S. Bonauent.

Antiqua Perpin. edita.

Barchinonēſiū inſtitutio

Ex Memor. Ordin. & ex prim. Barch.

At vero vnione omnium fratrum Obſeruantium ſub vno capite in duabus familijs coniunctorū, & eorum à Conuentualibus ſeparatione, omnino per Sedem Apoſtolicam facta à Cōmiſſario generali, & Vocalibus Ciſmontanis in Capitulo generali Toloſſæ anno ſalutis 1532. legitimè congregatis, eademmet Barchinonenſia ſtatuta (quæ paulò antea, anno videlicet 1518. Parmę per Capitulum generale fuerant probata) perpenſe, maturoque habito conſi-

Ex Bulla vnionis Leonis. X.

Ex Memor.

Eorumdē emendata renouatio facta Toloſæ.

lio examinata, diſcuſſa, & emendata, addendis additis, & detrahendis ſemotis, in nouam formam redacta prodierunt. Poſteà veró in quadam Congregatione generali Burgenſi anno 1549. decretū eſt, vt ſtatuta ipſa Barchinonēſia ſimul, & alia in Comitijs generalibus ædita, in epitomen redigerētur per quoſdā Miniſtros ibidē deſignatos.

Ex tab. cōgr. gen. Burgēſ.

Quod tamē effectu caruit vſq; ad Comitia generalia Salmant. anno 1553 celebrata in quibus vtraq; familia, Ciſmontana videlicet, & Vltramontana ipſa eadem Barchinonēſia ſtatuta, nonnullis mutatis, quibuſdā ſublatis, & alijs additis, cō, lectēs, ad duodecim regulæ capitula, ſingulis pro ſingulorū Obſeruātia, applicata ſub titulo Salmanticenſium, ſiue Moneſtarienſium per vniuerſum ordinem ſeruanda, amplisſima D. Iulij III. Apoſtolica cōfirmatione accedente promulgauerat.

Ipſorum Salmanticæ ab vtràq; familia receptio, & ad ſingula Regulæ capita coaptatio.

Ex Salmāt.

Attamen in generali Capitulo Valliſoletano anno 1565 habito ſub D. Cardinali Clibello Sedis Apoſtolicæ Legato, & eiuſdē Capituli præſide noſtra Ciſmontana familia ſua Barchinonēſia ſtatuta reaſſumens per illa dumtaxat (Salmanticenſibus debita cum reuerentia vale dicto) ipſo dño Legato Apoſtolico annuēte obtinuit, vt antea gubernari.

Eorundem à Ciſmontana familia reaſſumptio.

Ex tab. cap. gen. Valliſ.

In Capitulo autem intermedio, ſiue Congregatione generali Toleti habita ſub Reuer. P. Fr. Franciſco Gonçaga Ordinis Generali Miniſtro anno 1583. ipſamet ſtatuta, & patrum noſtrorū decreta Barchinonæ ædita, & Toloſſæ renouata ad normam ſancti Concilij emēdata, & iuxta decreta Pontificia diſcuſſa, & ſecundùm temporum exigentiam accōmodata, demptis, quę iam erant omnino abrogata, & nonnullis ex noſtri Ordinis ſtatutis (Salmanticēſibus præſertim ſupra memoratis) quæ ad præſtantiorem ordinis gubernationē viſa ſunt neceſſaria, aſſumptis, nouiter reformata, & correcta ex ſpeciali authoritate Apoſtolica ipſi Miniſtro generali cōmiſſa, remanſerunt.

Ad formā S. Cōnc. Trid. Toleti emēdata concinnantur.

Ex Tolet.

Cùm veró temporibus ſuccedentibus, & à Sūmis Pontificibus quamplurimæ ſint emanatæ ſanctiones, & in generalibus Comitijs ſubſequentibus iuxta temporum, & perſonarum varietate diuerſa ſint cōdita ſtatuta, à ſancta Sede Apoſtolica probata, & confirmata: viſum fuit patribus ad Comitia generalia cōgregatis iterū Toleti anno 1606. vt per Patres ad id deſtinatos omnia ſupradicta ſtatuta, & decreta in compendium redigerētur, & debita forma diſponerentur, quatenus typis mandari poſsint.

Ex tab. cap. gen. Tolet.

Hoc autem, vt cōſultius ageretur dilatatū eſt vſque ad Comitia generalia iterùm Salmanticæ habita anno 1618. vbi ſtatuta omnia Ordinis cū Apoſtolicis ſanctionibus ad ſingula regulæ Capitula iterum coaptari, & ad illorum Ordinem in lucē prodire placuit: ſed familia ſe. è tota ægre-

Salmāt. iterū ad regulę capita applicari decernuntur.

Ex tab. cap. gen. Salmāt.

Incōueniencia inde exorta.

terēn-

D

ferente, Barchinonenſium ſtatutorum nomen, & ordinē amittere infectum remanſit opus. Vnde cum confuſione non modica ob tantam conſtitutionum indigeſtam multitudinem ſimul, ac ignoratione earundem emergētibus omnium Obſeruantiam collabi, vereatur: Nos Miniſter, & Commiſſarius generalis, ſimul atque totum Capitulū generale intermedium Ciſmontanæ familiæ anno Domini 1621. in Conuentu ſancti Franciſci ciuitatis Segouiæ, in feſto Pentecoſtes legitime congregatum, prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, authoritate nobis in hac parte iure conceſsa freti, maturo præhabito conſilio, ipſa Barchinonenſia ſtatuta, Toleti vt dictum eſt reformata, diligenter examinauimus, ſingulorum originē, ſiue primæuam inſtitutionem accuratè exquirentes, & ea, quæ iam erant omnino abrogata, adimētes, alia ex noſtri Ordinis ſtatutis pro hac Ciſmontana familia in Comitijs generalibus, videlicet Romæ anno 1587. Valliſol. 1593. Victoriæ 1596. Romæ iterū 1600. Toleti 1606 Romæ rurſus 1612 confectis concinauimus, & cæteris abolitis, iuxta temporum, & perſonarū qualitatem, quædam, tùm ex vetuſtioribus noſtris, tùm ex Vltramontanis deſumpta, addenda cenſuimus, cum certis antiquis laudabilibus tamen (quæ obliuioni tradebantur) conſuetudinibus, vel ad maiorem rerum iam præſcriptarum explicationem, aut moderationem, vel quia in ijs frequentius peccari compertum eſt, vel quia nondum ſuper inde ſatis opportune proſpectū eſſe videretur. Nonnulla etiam, quæ in præſentibus Comitijs ſunt nouiter inſtituta, & inſuper decreta omnia Pontificia à regularibus obſeruanda recognouimus, & in proprijs locis præſcripſimus, eaque omnia ad compendium, & certam methodum redigi, ac ordinari diligenter curauimus. Quæ nimirum etſi multa videantur numero, conſideratis nihilominus, tam multis, varijs ac diuerſis noſtri Ordinis, per vniuerſum mundum mirum in modum dilatati munijs, officijs, miniſterijs, & fūctionibus (quæ legibus indigent) omnia, non ſolum vtilia, ſed omnino neceſſaria debent iudicari, præſertim cum Philoſophus doceat, maximè expedire, bene inſtitutas leges omnia quæcumque poſſunt, complecti, ac definire, minimamque partem iudicum arbitrio relinquere. Et quamuis ferè omnia, quæ in his conſtitutionibus continentur, decreta ſint in ſtatutis, & conſtitutionibus Capitularibus noſtri Ordinis, iam dudum à ſancta Sede Apoſtolica probatis: nihilominus tamen hæc, & omnia, & ſinguli, quæ in hac generali Congregatione Segouienſi, diſciplinæ inſtaurandæ,

Nouiſsima omnium ſtatutorum recognitio eorumq; in nouam methodū reductio.

Cap. cùm ac ceſſiſſent. de conſt.
Cap. ex lit. eodem.
Cap. cū conſuetudin. de conſuetud.
Cap. Nou. de his, quæ fiūt à Prælatis.

Quæ addita, & quare.

Nouiter inſtituta quædam.
Decreta omnia Pontificia.
Quo ordine diſpoſita.
Ne multa cēſeantur.

Ariſt. lib. 1. Rhetor. c. 1.

Etſi ferè omnia iam dudum inſtituta, & à S. ſede probata: pedibus tamen Summi Pōtificis, & eiuſdem Sedis ſubjiciūtur.

dæ, ac retinendæ ſtudio ad Dei omnipotentis laudem, & gloriam acta, decreta, & conſtituta ſunt, ea qua debemus obedientia, humilitate, ac reuerentia pedibus ſancti Domini noſtri Papæ, & eiuſdem ſanctæ Sedis, ſuo iudicio, authoritate, & cenſura emendanda, & corrigenda ſubijcimus, & ſubiecta eſſe profitemur. Omnes autem, & ſingulos noſtræ Religionis fratres hortamur in Domino, ſtrictè, qua poſſumus authoritate, præcipientes, vt ea, quo debent ſuæ profeſsionis ſpiritu, ſuſcipiant, ac ſuſcepta eodem Chriſtianæ pietatis, & religionis ſtudio in vſum, & conſuetudinem inducant, & inuiolatè ſeruanda curent.

Ad fratres pro eorũ receptione, & obſeruatione exorthatio.

(?)

APOS-

APOSTOLICA DECRETA tam in Toletana ſtatutorum editione prætermiſſa, quàm poſteà à Summis Pontificibus emanata, quæque nimirum in præſentibus inſeruntur.

A Gregorio XIII.

DE ingreſſu Prælatorum in Monaſteria monialium.
De appellatione, & recurſu ad tribunalia ſæcularia, deque viſitatoribus obtemperandis.
De receptione deſcendentium ex genere infecto.

A Sixto V.

DE illegitimis, & criminoſis non recipiendis, deque nouitiorum receptione.
Eiuſdem declaratio, & moderatio ſuper eiſdem.
De licentia ab hoſpitibus expetenda.
De temere accedentibus ad Romanam curiam.
De ſeruandis in promotione ad ordines.
De officio & poteſtate Commiſſarij Generalis Indiarum.
De officio ſanctiſsimi Sacramenti ſingulis quintis ferijs celebrando.

A Gregorio XIIII.

MOderatio & declaratio conſtitutionum Sixti V. ſuper illegitimorum, & criminoſorum receptione.
De duratione Commiſſariorum Generalium apud Indos reſidentium.

A Cle-

DE eorum profeſsionis validitate qui contra conſtitutiones Sixti V. & Gregorij XIIII. recipiuntur.

Facultas miniſtris Hiſpaniarum conceſſa recipiendi nouitios extra capitulum, & perſe vel per alios illorum informationes faciendi.

De inſtitutionibus ſuper receptione, & educatione nouitiorum.

De non promouendis ad officia ordinis, qui vitam regularem ducere non poſſunt.

De munerum largitione regularibus vetita.

De Fratribus extra clauſtra cum ſcandalo delinquentibus.

Declaratio ſuper Bullam Cruciatę.

De caſuum reſeruatione.

De Diſcretis conuentuum ad Capitula Prouincialia ſubmouendis.

A Paulo V.

DE numero fratrum in ſingulis Conuentibus præſcribendo.

De non promouendis ad officia prælatorum, qui communem viuendi formam in omnibus non ſequantur.

De fauores extraordinem procurantibus.

De patrum ordinis, & Prouinciarum voto, & præcedentia.

De Patribus Prouinciarum priuilegio non inſtituendis.

De conſeruatione eleemoſynarum pro locis terrę ſanctæ oblatarum.

De Officio Conceptionis Virginis Mariæ ſingulis Sabbatis celebrando.

De Officio ſacrorum Stigmatum B.P.N. Franciſci prima die cuiuſuis menſis non impedita recitando.

DE NOVITIORVM RE-ceptione, & eorum inſtitutione. Cap. I.

De qualitatibus recipiendorum.

Ex regula.

Recipiendi ſint fideles.

STatuimus, quòd veniens ad ordinem (vt docet Regula) ſit fidelis, & Catholicus de nullo errore ſuſpectus.

Ex regula, & ex Concil. Tridē. ſeſſ. 24. can. 6.

Non ligati matrimonio conſummato.

Sit etiā matrimonio conſummato non ligatus, nam qui contraxit matrimonium ratum non conſummatum (vt decernit Concilium Tridentinum ſub anathemate) poteſt Religionē approbatā ingredi, & profiteri.

Ex cap. Agatos 27. q. 1. c. cum ſis, & c. ex parte, Abba. de cō uerſ. coniuga.

Vxorati qualiter recipiendi.

Si verò veniens ad ordinem ſit matrimonio conſummato aſtrictus, ad pręſcriptum Regulæ, & Sacrorum Canonūm, poterit admitti.

Ex c. 5. Ro thoma. ann. 1516. ex Salm. c. 1.

Cōtagioſis morbis infecti non recipiendi.

Sit rurſus corpore ſanus, præſertim à morbo contagioſo, nā per ordinis antiqua ſtatuta, & ex Romani Pontificis declaratione, nullo modo recipiendi ſunt, qui publicis, aut ſecretis infirmitatibus (contagioſis tamen) laborauerint, quorum receptio, & profeſsio cenſenda eſt nulla, ſi interrogati (vt moris eſt) veritatem negauerint.

Ex antiquis 1. ca.

Alijs conditionibus pręditi.

Sit quoque animo promptus, conditione liber, ætatem ſexdecim annorum habens completam, nulla vulgari infamia maculatus, & Sacramento Confirmationis inſignitus.

Ex conſt. Ap. Clem. 8. cum ad regularē, &c.

Competenter literati & qualiter.

Sit competenter literatus, ita, vt iuxta decretum Apoſtolicum eam literarum ſcientiam calleat, aut illius addiſcendæ ſpem indubiam præſeferat, vt ſuis temporibus ordines iuxta decreta ſacri Concilij Tridentini ſuſcipere valeat.

Sit prætereà legitimè natus, nam illegitimi quouis

Illegitimi non nec piędi, niſi prius de illorum vita, & moribus inquiratur.

Ex conſt. Ap. Greg. 14. circunſpecta.

illicito thoro geniti, iuxta Apoſtolicum decretum, non ſunt recipiendi, niſi priús de illorum vita, & moribus inquiratur.

Illegitimus eius patre in Religione viuēte, non admittendus.

Ex eadem conſt. Ap.

Filius verò illegitimus, cuius pater in noſtra Religione, ſiue ante, ſiue poſt natiuitatem dicti filij profeſſus fuerit, ipſo patre viuēte, nullatenus poteſt admitti ex eodem Apoſtolico decreto.

Bono genere ortus.

Ex Tolet. 1583.

Sit etiam bono genere ortus, non deſcendens ex conuerſis Iudæis, vel Mahumetanis, vel hæreticis quantumuis remotis, nec ex Gentilibus modernis.

Genere infecti intra quartū gradum inhabiles.

Ex conſt. Ap. Paul. 4. Apoſt. offici. & Greg. 13. conſueuit.

Ex Apoſtolicis quidem ſanctionibus inhabiles ad noſtræ Religionis habitum, & profeſsionem ſuſcipiendam cenſendi ſunt omnes deſcendentes intra quartum gradum à Iudæis, vel Mahumetanis, vel hæreticis damnatis, illorumque profeſsio irrita, & nulla eiſdem Apoſtolicis decretis declaratur.

Ab ordine ſic infectus expellēdus.

Ex Tolet. 1583.

Atque adeò quoties certò conſtiterit de veritate huius defectus, ſtatim ab ordine expellatur, qui in eo comprehenſus fuerit: quare præcipitur, vt ante profeſsionem cuicumque nouitio fiat proteſtatio de hac re, prout inferiùs dicetur.

Inhabiles criminóſi, & qualiter.

Ex Conſt. Ap. Sixt. 5. cum de omnibus, & ex eiuſdē moderat ad Rom.

Inhabiles etiam iuxta Apoſtolicas ſanctiones cenſendi ſunt, & cenſendos declaramus ad noſtræ Religionis ingreſſum, quamuis profeſsio ab eis emiſſa valeat, criminoſos omnes in eiſdem decretis expreſſos.

Debitis grauati, & reddēdis ratiocinijs obnoxij, item inhabiles.

Ex eiſdem.

Sit tandem, qui recipi optarit, debitis expeditus, ita, vt nec reddere rationem bonorum, ſibi concreditorum teneatur, cenſendi namque ſunt inhabiles ex eiſdem decretis Apoſtolicis, debitis, vel ratiocinijs grauati.

Pœnæ iſ ſuſcipientibus inhabiles ſubeundæ.

Ex eiſdem.

Quapropter quicumque inhabiles eiuſmodi, videlicet genere intra quartum gradum infectos, criminum reos, ſiue ſuſpectos, debitis grauatos, & ratiocinijs obnoxios ſcienter receperint, vocis actiuæ, & paſsiuæ, necnon officiorum, graduum, honorum, & dignitatum actualium perpetuam, eo ipſo priuationem ſe nouerint incurſuros, & inſuper inhabiles, & incapaces ad illa; & alia quæcumque in

po.te-

poſterum obtinenda, per ſupradicta decreta Apoſtolica cenſeantur.

Exprim Barch. 11.

Alterius ordinis profeſſi non recipiantur.

Nullus de cætero alterius Religionis frater ad noſtrum ordinem recipiatur, quamuis habeat facultatem ſuorum ſuperiorum, ne fortè contra diſpoſitiones Apoſtolicas fieri contingat, cùm iam ferè omnes ordines priuilegijs Apoſtolicis gaudeant, ne eorum Religioſis ad aliam religionem tranſire liceat.

Ex Salmãt.

Conuentuales qualiter recipiendi.

Conuentuales verò religioſi, cum noſtram regulam quodammodo profiteantur, recipi poterunt, dũ modo priùs per annum nobiſcum morentur, quo finito ſuis priuilegijs renunciantes, publicè profeſsionem in noſtro ordine ſolitam emittant.

In hac Segou. cong.

Habẽtes patres aut ſorores paupe res non recipiendi.

Statuimus denique, vt nullo modo recipiantur habentes patres, matres, aut ſorores pauperes, adeò, quòd ſine ipſis viuere non poſsint.

Ex Rom. 1587.

Vitiatus corpore nõ recipiẽdus.

Nec recipiatur omnino quiſpiam corpore vitiatus, nec aliqua ex parte corporis defectuoſus.

De receptione ad Ordinem.

Ex regula.

Soli Miniſtri Generales, aut Prouinciales poſſunt nouitios recipere.

DEclaramus, quòd ſecundùm regulam ſoli Miniſtri Generalis, aut Prouincialis habent authoritatem ordinariam recipiendi ad noſtram Religionem venientes.

Ex Tolet. 1583.

Nulli concedenda facultas nouitios recipiendi.

Cum autem Miniſter, aut Commiſſarius Generalis poſsit, (domino Nicolao Tertio ſic declarante) limitare facultatem, quam habent Prouinciales Miniſtri non admittendi nouitios, decernimus, vt Miniſtri Prouinciales, non poſsint committere Guardianis, nec quibuſcumque alijs religioſis facultatem, vt nouitios recipiant.

Ex regula.

Miniſtri nouitios per ſe examinare tenentur.

Quinimò declaramus, ipſos Prouinciales Miniſtros teneri in conſcientia, eoſdem nouitios perſonaliter per ſe ipſos examinare de omnibus conditionibus, ſupra memoratis.

Ex conſt. Ap. Sixt. 5. cũ de omnibus, & ali, s.

De nouitiorũ deuotionis, & pietatis feruore conſtet.

Nec eos recipere valeant iuxta Apoſtolicam ſanctionẽ, niſi conſtet ipſos non humana aliqua ratione, ſed

ſed tantùm deuotionis,& pietatis ſeruore vitam religioſam ſponte,& ex animo elegiſſe.

Inquiſitio de conditionibus requiſitis facienda.

Et quoniam per ſupradicta Apoſtolica decreta ſub eiſdem pœnis cauetur, vt nullus minor ſexdecim annis ad habitum, & profeſsionem recipi poſsit, nec debeat donec de conditionibus ibidem memoratis inquiratur: decernimus ac declaramus, inquiſitionem eiuſmodi tali ordine fieri debere. Ex eiſdem.

1 Ex eiſdem conſt. Ap.

Primò, de nominibus parentum,& primogenitorum, deque eorum officijs,& patria.

2 Ex eiſdem præſertim Greg. 14.

Secundò, an religionem ingredi cupientes ſint legitimè nati, ſin minus in quo gradu illegitimationis ſint geniti.

3 Ex eiſdem.

An illegitime natis tot vitæ,& morum ſuffragētur merita, vt nataliū ſuppleant defectum, eorumque receptio religionis commodo profutura videatur.

4 Ex eiſdem præſertim Sixt. 5.

An in vita,& moribus ſint probati, ita vt neque aliquorum criminum, qualia ſunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia ſimilia, aut grauiora rei, vel ſuſpecti exiſtant, vt propterea damnati ſint, aut ne damnētur formident.

5 Ex eiſdem.

An ſint ſupra vires facultatum ſuarum grauati, vel reddendis ratiocinijs, ita obnoxij, vt ex huiuſmodi cauſa lis, vel moleſtia eis iam illata, vel timendum ſit ne inferatur.

6 Ex regula.

Vlteriùs iuxta regulam,& ordinis ſtatuta inquiratur, an ſint vinculo matrimonij conſummati liberi.

7 Ex cōſt. antiq. ord.

An ſint aliqua infamia vulgari ipſi, vel eius progenitores maculati.

8 Ex cōſt. Pau. 4. & Gre. 13. & ex Tole. 1583.

An ſint bono, fideli,& Catholico genere procreati, non deſcendentes ex Iudæis, conuerſis, vel Mahumetanis, vel hæreticis quantumuis remotis, vel ex Gentilibus modernis.

9

An ipſorum patres, matres, aut ſorores, ſufficientem bonorum ſubſtantiam habeant, vt ſine ipſis viuere,& ſuſtentari poſsint.

Quando, & per quos inquiſitio facienda.

Ex cōſt. Ap. Sixt. 5.

Hæc autem diligentia, ſiue inquiſitio in Generalibus, vel Prouincialibus Capitulis, per Generales, aut Prouinciales Miniſtros,& Diffinitores, omnino

fieri debet, aut extra Capitulum per ſuperiores duorum, vel trium Conuentuum ab eiſdem Capitulis deputandos ad præſcriptum conſtitutionum Apoſtolicarum ſupradictarum.

Ex cõſt. Ap. Clemen. 8. Altiſ. paupertat. via, & ex Valliſol. 1593. — Miniſtri Hiſpaniarũ poſſunt extra Capitulum nouitios recipere.

Miniſtris tamen omnium Prouinciarum in hac familia Ciſmontana, Catholici Hiſpaniarum Regis ditioni ſubiectarum ſpeciali indulto Apoſtolico, licet nouicios extra Capitulum recipere de conſenſu quatuor Diſfinitorum, vel quatuor fratrum ex antiquioribus domus in qua recipiendi ſunt.

Ex eadem conſt. Ap. — Item nouitiorũ inquiſitiones facere.

Habent etiam Miniſtri prædicti facultatem Apoſtolicam ad inquiſitionem nouitiorum eiuſmodi faciendam, & teſtes ad eam vocandi, & ab eis iuramentum recipiendi, ſiue per ſe, ſiue per fratres ad hoc per eos deputatos.

Pro eiſdẽ. — Quibus facultas inquirendi committenda.

Quo circa pro tutiori earundem Apoſtolicarum ſanctionum obſeruantia ſtatuimus, vt in quolibet Conuentu Miniſtri Prouinciales vnum, vel alterum religioſum confidentem inſtituant, cui facultatem Apoſtolicam eiuſmodi committere, & delegare poſsint.

Pro eiſdẽ. — Notarij inſtituendi.

Licebit etiam eiſdem Miniſtris ad hunc effectum, etiam fratres inſtituere notarios, coram quibus inquiſitiones nouitiorum fiant, & nullo modo coram ſæcularibus.

Pro eiſdẽ. — Ante inquiſitionem publicam fiat ſecreta.

Ne autem cuiuſuis fama, vel honor lædatur, Commiſſarijs prædictis præcipimus, ne ad publicam, & iuridicam inquiſitionem accedant, niſi priùs ex perſonis fidedignis omni dolo, & ſuſpitione carentibus, accuratè (ſecretò tamen) interrogatis, ſciant, & intelligant conditiones, & qualitates ſupra memoratas poſſe teſtibus comprobari. Quod ſi ſecus inuenerint, ab inquiſitione publica abſtineant, Prouinciali deſuper admonito.

Pro eiſdẽ. — Quot teſtes recipiendi & qualiter examinandi.

Verùm de probatione ſecuri vnà cum Notarijs ad id deputatis inquiſitionem iuridicè inſtituant, in qua teſtes omni exceptione maiores ad ſe vocatos ab eiſdemque iuramento recepto diligenter examinẽt de omnibus, & ſingulis conditionibus, vt ſupra requiſitis.

ſitis eos interrogantes, quorum ſingulę depoſitiones manu notarij ſcriptæ ab eiſdem teſtibus, ſi ſciuerint, vna cum Commiſſario ſubſignentur.

Inquiſitio qualiter cũ nouitio ad conuentum deferenda.

Peracta demum inquiſitio intus, vt dictum eſt, ſubſcripta, & foris omnino clauſa, & ſigillo munita, remittatur cum nouitio ad Conuentum in quo recipiendus eſt, vt videatur, & probetur à Guardiano, & Diſcretis, quæ viſa, & probata in archiuio Conuentus aſſeruetur. Pro eiſdẽ.

Commiſſarij, & notarij infideles plectendi.

Caueant tamen Commiſſarij, & notarij, ne eorũ incuria, & negligentia aliquis inhabilis admittatur: quod ſi de infidelitate conuicti fuerint, actibus legitimis perpetuò priuentur. Pro eiſdẽ.

Guardiani requiſiti inquiſitionem faciant.

Præcipimus etiam Guardianis Conuentuum proximorum patrię cuiuſcumque recipiendi, quod dum moniti fuerint à quouis Prælato noſtri ordinis, licèt non ſit eiuſdem Prouinciæ, præſſent, & exequantur fideliter, quod ab eodem fuerit requiſitum pro inquiſitione huiuſmodi facienda. Ex Tolet. 1506.

Informatio ad inſtantiã nouitij facta, non admittenda.

Informationes verò, ſiue probationes de qualitatibus huiuſmodi requiſitis ad inſtantiam nouitiorum, ſiue aliorum ſuo nomine factas nullatenus admitti debere, nec poſſe iuxta Apoſtolica decreta declaramus. Ex eodem.

Extranei recipiẽdi ſi nihil appareat quod eos excludat.

Extranei verò in locis longiſsimé à ſua patria remotis degentes, vel quorum patria ab infidelibus oppreſſa detinetur, & ſi non liquidò conſtet de omnibus conditionibus, quæ in decretis Apoſtolicis ſupra dictis continentur, ſi tamen diligentia adhibita nihil appareat, quod eos impediat, habiles reputandi ſunt, vt ad ordinem recipiantur. Ex conſti. Ap. Sixt. 5. ad Roman. Pont.

Nouitius adminus tribus diebus inſtruẽdus.

Et poſtquam Miniſtri Prouinciales venientes ad ordinem miſerint ad aliquem Conuentum, Guardianus teneatur eoſdem ad minus tribus diebus detinere in habitu ſæculari intra ipſius Conuentus clauſuram, vt interim nouitiorum magiſter induendum inſtituat. Ex Tolet. 1583.

Rurſus examinandus.

Guardianus verò, & Diſcreti Conuentus eundem rurſus examinent per ſe ipſos, & pro virili inquirãt, an de- Ex eodem.

an deſit illi aliqua conditio ex ſupradictis, qua deficiente, habito prius recurſu ad Miniſtrum poterunt illi noſtræ Religionis habitum prudenter denegare.

Ex eodem. Si verò ad ordinem veniens, ſufficiens fuerit iudicatus, in communitate quando ſit induendus publicè de omnibus conditionibus interrogetur, facta illi proteſtatione, quòd ſi aliqua ex memoratis conditionibus defuerit, ſtatim expelletur, & non admittetur ad profeſsionem. Publicè interrogandi cum proteſtatione.

Ex eodem, & ex Conc. Tridē. ſeſſ. 25. c. 16. Item præcipimus ad puriorem noſtræ regulæ, & Concilij Tridentini obſeruantiam, vt Prælati ipſos nouitios recipientes, nec quicumque alij religioſi poſsint recipere munera, data ab ipſis nouitijs, vel ab aliqua perſona ipſorum nouitiorum intuitu, ſub pœna priuationis actuum legitimorum per annum. A nouitijs nihil accipiendum.

Ex codē, & ex Concil. Trid. Si autem contingat, quòd nouitius ſponte ſua dederit neceſſaria ad veſtitum, & lectum, & quacumque de cauſa fuerit ab ordine ante profeſsionē egreſſus, omnia illi ſine aliqua cunctatione red dantur, vt Concilium Tridentinum apertè præcipit, ſub pœna proprietarijs impoſita. Si quę pro veſtitu dederint, ipſis reddātur, ſi receſſerint.

Ex ſupra allatis. Singulis etiam proteſtetur, quòd ſi aliqua contagioſa infirmitate, vt lepra, vel ſimili laborauerint, & eā occultare præſumpſerint, eorum receptio, & profeſsio ſimiliter cenſetur irrita, & nulla, quæ proteſtatio in libro ſubſcripta mandetur. Proteſtatio de infirmitate fiat.

Ex cōſt. Six. 5. & ſi de omnibus. Quo autem loco, & tempore, á quo item quis habitum ſuſceperit, memoria fiat in libro ad vſum eiuſmodi inſtituto, in archiuio Conuentus aſſeruando, nomine, cognomine, patria, ætateque illius, diligenter annotatis, adhibita eiuſdē, ſi ſciuerit, & Guardiani, & Diſcreti antiquioris ſubſcriptione. Suſceptio habitus cū loco, & tempore ſcribēda.

Ex indulto Ap. á Cle. 8. conuent. Salm. Predicat. cōceſſo. Si autem contigerit, (cauſa rationabili vrgente,) vt antequám inquiſitio ſupradicta fiat, aliquis ad habitum admittendus ſit, non prius recipiatur, quàm coram Guardiano, & Diſcretis, iuramento ſolemni prę miſſo, teſtetur, ſe non eſſe in Apoſtolicis impedimentis ſupra memoratis, comprehenſum: hæc autem Recipiēdus ante inquiſitionem iurare debet.

atteſta-

atteſtatio ſcribatur,& ſubſcribatur in libro,vt ſupra cautum eſt,poſteà verò inquiſitio fiat.

De habitu nouitiorum.

Nouitiorũ habitus diſtinguatur ab habitu profeſſorũ.

CVm veró ſecundùm declarationem domini Clementis Papæ, omnia ſpectantia ad formam habitus,tam nouitiorum,quàm profeſſorum æquipolleãt præcepto ſtatuitur,vt habitus nouitiorum ſit patenter diſtinctus ab habitu profeſſorum,ita vt nouitij portent caparonem vſque ad cingulum,vel aliam petiam panni ante pectus, & in ſcapulis ſecundùm conſuetudinem Prouintiarum. Ex Tolet. 1583.

De diſpenſatione cum nouitijs.

Miniſtri diſpenſare poſſunt in conditionibus ab ordine cõſtitutis.

VErùm cùm cauſa aliqua vrgens euenerit ad diſpenſandum in ſupra memoratis conditionibus à noſtra Religione conſtitutis,ſtatuimus,Prouinciales Miniſtros cum Diſcretis Conuentus,in quo Prouincialem morari contigerit, poſſe diſpenſare. Ex eodem

In Apoſtolicis minimè.

In alijs autem conditionibus per Apoſtolicas conſtitutiones requiſitis ſupra memoratis, non poterit aliquis diſpenſare Prælatus. Ex eodem, & ex conſt. Ap.

Diſpẽſatio qualis,vt valeat.

Decernimus tamen,diſpenſationem non eſſe validam niſi fuerit munita ſub authentico ſigillo,& ſubſcripta à Miniſtro,& Diſcretis prædictis. Ex eodem Tolet.

De abſolutione nouitiorum.

Priuilegiũ Ap. de nouitiorũ abſolutione.

CLemens Papa IIII. Volentes veſtro aggregari conſortio,qui ſuſpenſionis,aut interdicti,vel excommunicationis ſententijs à iure,vel à iudice generaliter ſunt ligati,abſolutionis beneficium,obſeruata forma Canonica impartiri,ipſoſquè fratres recipere, ac eos,qui poſt aſſumptum habitum,vel profeſsionem emiſſam recoluerint ſe talibus in ſæculo fuiſſe ſententijs innodatos ſecundùm formam ipſam,vos Generales,& Prouinciales Miniſtri,ac Cuſtodes, vel vices

Ex cõpend. priuil. tit. abſolutio ordinaria quo ad fratres, & ex Mari-mag. fol. 57. Sixt... Regimini,&c.

veſtras

veſtras gerentes valeatis abſoluere, & cum eis in irregularitatibus diſpẽſare: ſi talibus forſam fuerint innodati ſententijs, vel in locis interdictio ſuppoſitis diuina præſumpſiſſent officia celebrare, vel ordines recipere.

Ita tamen, quòd ſi aliqui ex eiſdem huiuſmodi ſententijs propter debitum ſint aſtricti, eiſdem ſatisfaciant prout tenentur.

Volumus nihilominus, quòd volentes huiuſmodi veſtro aggregari conſortio, niſi mox poſtquam fuerint abſoluti ordinem veſtrũ intrauerint, etiamſi ad hoc induciæ à Prælatis eiuſdem ordinis concederentur, eo ipſo in priſtinas ſententias, à quibus eas abſolui contigerit, relabantur.

Ex Tolet. 1583. Capitulum Generale declarat in tribus dumtaxat caſibus, poſſe prædictos Prælatos diſpenſare in irregularitate virtute præfatæ conceſsionis, videlicet, quando quis celebrauerit cũ eſſet excommunicatus, vel diuina celebrauerit officia in locis interdictis, vel ordines ſuſceperit in locis eiſdem. In tribus dumtaxat poſſũt Prælati diſpenſare in irregularitate.

Ex eodem. Item ſtatuit, vt venientes ad ordinem ante habitus induitionem præmiſſa confeſsione ſacramentali abſoluantur, & corpus Domini cũ deuotione recipiãt. Ante quã induantur nouitij cõfiteantur & cõmunicẽt.

De Conuentibus in quibus ſunt nouitij recipiendi.

Ex Salmã. c. 1. IN quacumque Prouincia ſint certi quidam Conuentus deputati, declarandi in Capitulo Prouinciali, in quibus dumtaxat nouitij inſtituantur animaduertentes, quòd iſti Conuentus ſint quantum commodè fieri poſsit à ſæcularium commertio ſequeſtrati. Conuẽtus ad nouitiorum educationem deſtinandi.

Ex Tolet. 1.8. ex conſti. Ap. Cle. 8. cum ad regularem. In eiſdem Conuentibus curent Prælati, quòd ſit certus quidã locus educãdis Nouitijs accõmodatus, quẽ nos communi vocabulo nouitiatum appellamus, ita capax, vt pro ſingulis ſinguli lectuli commodè ſterni poſsint, in quo etiã cella, ac determinatus locus pro magiſtro reperiatur, oratorium inſuper ſi commodè fieri poterit. Nouitiatus aſsignãdus, & qualis.

Magiſter liberum habeat ad nouitiatũ ingreſſum.

Cuius quidem loci fores ſint reſeratæ &patẽtes,vt ſemper nouitiorum Magiſter liberum habeat ad illos ingreſſum. Ex Tolet. 1583.

De Magiſtris nouitiorum.

Quomodò diligendi Magiſtri,& quales.

INſuper ordinamus, quòd in quolibet Conuentu aſsignetur per tabulam Capituli Prouintialis Magiſter nouitiorum,vir,ſcilicet,maturus,diſcretus, & deuotus,qui ſit confeſſor ſęculariũ, ſin minus confeſſor religioſorum. Ex prim. Barchin.

Quæ docere debet nouitios,& quæ cũ eis agere.

Qui quidem Magiſter omnium nouitiorũ confeſſiones audiat,& ſuper ipſos diligenti cura inuigilet, & cum illis in omnibus conſuetis exercitijs aſsiſtat, & domum non egrediatur, niſi magna ex cauſa,nec à Prælato occupetur in aliquo miniſterio, quod ſuo muneri præſtet impedimentum,immò omnem fauorem,& patrocinium illi ſuperiores impendant. Ex Salm.c. 1.

Pœna in recuſãtes magiſterium.

Illi autem,qui hoc munus obire recuſauerint,ſint per annum priuati actibus legitimis, ſi verò rectè ſe geſſerint ad maiora promoueantur. Ex eiſdẽ, & Vict. 1596.

De nouitiorum educatione.

Nouitij in quib⁹ à Magiſtro inſtruendi.

NOuitiorum Magiſter maximè curare debet vt viam Dei nouitios ipſos doceat, nempè doctrinam Chriſtianam,& omnia regulæ præcepta,curẽtque nouitiorum Magiſtri eoſdem nouitios inſtituere in expoſitione, & declaratione eorum omnium, quæ ad obſeruantiam regularem neceſſaria eſſe aſſeruntur,ſecundùm Pontificias declarationes dominī Nicolai,& Clementis Quinti. Ex Salmãt. ca.1.

Confeſsione frequentent,& cordis puritatẽ ſeruent.

Et ſępè eos purè confiteri faciant,& ad ſeruandam cordis,& corporis puritatem informent, mores, & obſeruantias noſtræ religionis eis verbo,& exemplo demonſtrent. Ex eiſdẽ.

Studijs incũbere nouitijs prohibitum.

Huiuſmodi nouitij ſuę probationis tempore ſtudio literarum non intendant. Sed. diuinum addiſcentes officium, ac omnia ſuo ſtatui conuenientia ſtudio orationis,& deuotionis vigilanter inſiſtant. Ex eiſdẽ.

Item ordines ſuſcipe,

Nec ordines ſacros ſuſcipiãt,nec cõfeſsiones audiãt Ex eiſdẽ.

ſi fuerint Sacerdotes, nec portam Conuentus exeāt, niſi cauſa translationis, aut proceſsionis generalis. *re, & cōfeſſiones audire.*

Ex eiſdē. Nec loquantur cū aliqua perſona ſęculari, aut religioſa alterius religionis, niſi ſuo pręſente Magiſtro. *Cum externis loqui vetitum.*

Ex eiſdē. Dum verò nouitij extiterint, nullo modo aliorum fratrum, præterquàm ſuorum Magiſtrorum, & Prælatorum cellas ingrediantur, neque alij fratres è conuerſo cellas nouitiorum, & iuuenū intrare præſumāt ſub pœna vnius diſciplinæ nouitio infligenda pro prima vice, pro ſecunda duplicetur, & pro tertia expellatur: profeſſus verò eadē pœna puniatur, & pro tertia vice ad Miniſtrum remittatur ſeueriùs puniendus. *Nouitios prof. ſſorū cellas ingredi, & profeſſos nouitiorum nefas cum pœnis.*

De nouitiorum libertate.

Ex Conci. Trid. c. 18. de regul. ſeſſ. 25. CVm anathema, à Concilio Tridentino illatum contra illos, qui mulieres coegerint ad religionis ingreſſum: illi qui viros quoſcunque ad religionē coegerint ſine iuſta cauſa, merito formidare poſsint: ſtatuitur, ne Guardiani, nec Magiſtri, neque quicunque alius religioſus, quempiam conſtitutū intra probationis tempus, aliquatenus impedire pręſumāt ſub pœna priuationis ſuorum officiorū quo minus, vel ad aliam religionem tranſeat, vel omnino ad ſæculum reuertatur. *Libertæ nouitiorū voluntati impedimentū non inferēdum.*

De laicis.

Ex prim. Barchi. c. 1. & ex Salman. c. 1. NVllus pro laico recipiatur omnino citra vigeſimum annum, nec vltra quadrageſimum, & qui non ſit aptus labori corporali, niſi eſſet perſona multum notabilis, de cuius receptione eſſet ædificatio magna in populo, & clero. *Laicorum qualitates, & ætas.*

Ex eiſdē. Nec aliquis poſt profeſsionem de laicatu ad clericatū aſcendat, niſi de licentia Capituli, vel Miniſtri Generalis. Miniſter verò Generalis prædictā facultatem minimè conferat, niſi is, qui ad clericatum aſcendere geſtit, idoneus iudicio Diſcretorū cēſeatur, vt ſcandalū, quod in ordine de hac re oriri non immeritò ſolet, auertatur. *De laicatū ad clericatum tranſire nefas.*

Si verò laicus ex quacumque alia cauſa ad clericatū

Pœna tranſeuntibus inſligenda.

aſcenderit, & ſacris ordinibus fuerit initiatus, omni honore clericali priuetur, nec permittatur Canonicum perſoluere officium, ſed laicorum officium recitans ad merum ſtatum laicalem reducatur, vt authoritate Apoſtolica cautum eſt.

Ex eiſdẽ, & ex conſt. Apoſt. L. 10. in compend. verb. laici ſtatres.

De approbatione nouitiorum.

Per annum ſint in probatione.

VT nouitij ad profeſsionem admitti valeant, debent eſſe in approbatione, nec qui in minori tẽpore, quàm per annum, poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterint, ad profeſsionem admittantur: nam profeſsio antea facta eſt irrita, & nulla, vt decernit Concilium Tridentinum.

Ex Concil. Trid. c. 15. de regul. eſſ. 25.

Annus probationis integer, & cõtinuus.

Ad cuius Concilij puriorem obſeruãtiã ſtatuimus, vt nouitij annũ continuũ in probatione permaneant, ita quòd ſi ex aliqua cauſa Conuentum exeant cum habitu, vel ſine illo, niſi ratione translationis ad aliũ Conuentum, & poſteà redierint, non cõputetur eis tempus, quod antea in probatione ſteterunt, ſed denuo annum probationis incipiant.

Ex Tolet. 1583.

Vltra octo dies nõ diſferatur profeſsio.

Nec Guardiani poſt annũ expletũ vltra octo dies nouitios detinere audeant, ſi tamen idonei, & ſufficientes ad profeſsionem reperientur, ſin minus conſulatur Miniſter ſine mora.

Ex Salm. c. 2.

De nouitiorum votis.

Magiſter, & Guardianus nõ ſuffragentur primi.

INhibemus verò, ne Magiſter nouitiorum Guardianus, vel Vicarius Conuentus ſint primi qui ſuffragentur: neque ante ſuffragiorum petitionem illi nouitiũ, vel laudent, vel vituperent, ſed omnino ſileant donec omnes ſecundùm Deum liberè ſuffragentur.

Ex Tolet. 1583.

Sufragia calculis recipienda.

Vota omnia pro nouitiorũ profeſsione, nõ verbaliter, ſed per albos, & nigros calculos recipiantur cùm ſic Conuentũ paci, & indemnitati melius cõſulatur.

Ex Rom. 1600.

Quibus tẽporibus intra annum.

Statuimus poſt ſuſceptũ habitũ poſt quatuor mẽſiũ ſpaciũ. Primò ſuffragia omniũ fratrũ excipiantur in capitulo de nouitij cõuerſatione Secũdo eadẽ ſuffragia recipiãtur poſt elapſos octo mẽſes. Tertiò, verò ſuffragia petantur poſt vndecim mẽſiũ curriculum.

Ex Tolet. 1583.

Sem-

Pro eiſdẽ.

Suffragiorum ſcrutiniũ fiat.

Semper verò fiat ſuffragiorum ſcrutiniũ publicè à Guardiano, & Diſcretis quatenus omnibus fratribus cõſtet de numero, qui pro nouitio fuerit ſuffragatus, & Guardianus, qui ſecus fecerit, officio priuetur.

Ex Tolet. 1583.

Quota pars nouitio refragari debeat vt nõ admittatur

Si autem maior pars Conuentus non fuerit pro nouitio ſuffragata quando vota petuntur, ſtatim nouitius ſine recurſu eijciatur, verùm ſi tertia pars Conuentus, vtpote ſi inter triginta fratres decem nouitio refragẽtur, eius receptio pro ſuſpecta habeatur, & Miniſter Prouincialis certior fiat.

Ex eiſdem c. in Geneſi de electio. & ibi gloſ. verb. ad 2: lite.

Miniſter verò habita rationi zeli, & qualitate ſuffragiorum, (vt iura diſponũt) ſecundũ Deũ prouideat.

Ex Tolet. eiſdem.

Suffragantes non impediantur, ſub pœna.

Inhibemus autem ſub grauiſsimis pœnis plectendi contrarium facientes: vltra priuationem actuum legitimorum, quam ipſo facto per biennium incurrãt, ne quoquomodo ſuffragantes aliqui impediant, vel importunè moueant, ne liberè ſuffragia circa nouitiorum receptionem recipiantur.

De examine ad profeſsionem.

Ex eiſdem.

Quæ recitanda à nouitiis ante profeſsionem.

VT verò cõſtet omnibus fratribus de nouitiorũ ſufficientia, ſtatuitur, vt antequã vota poſtrema per ſcrutiniũ petãtur, nouitius in refectorio poſt vnã, aut alterã lectionis clauſulam omnes orationes Chriſtianas, & Articulos Fidei, & mãdata Dei, & cætera fidei rudimẽta, & regulæ præcepta, ex memoria recitet.

Ex eiſdem.

Clerici de diuino officio examinandi.

Poſteà verò tres religioſi deputentur, qui prædictũ nouitium de peritia recitandi officium diuinum examinent. Qui poſtquàm bonum teſtimonium de nouitio coram communitate dederint ad vota per ſcrutinium, vt dictum eſt, procedatur.

De profeſsione.

Ex eiſdem, & c. Conc. Trid. c. 15. de reg. ſeſſ. 25.

Ante decimum ſextũ annũ ætatis profiteri nefas.

HIs tamen omnibus concurrentibus, nouitius, ſi habuerit decimum ſextum ætatis annũ expletum, (nam ſi fuerit minoris ætatis, profeſsio eſt nulla) ſine noua miniſtri licẽtia poterit ad profeſsionẽ admitti. Nam qui confert facultatem ad receptionem, cenſetur ad profeſsionem eandem tribuere.

Nouitius

Abdicatio omniũ rerũ præmittenda.

Nouitius autẽ, qui profiteri cupit, abdicationẽ omnium rerum debet præmittere. Nec licebit ei aliquid pro ſe ipſo in teſtamento, ſiue alio modo reſeruare. Ex antiq. & ex Salm. c. 1.

Nouitij nõ inducendi, vt nobis quidquã relinquant.

Caueant omnes Prelati, & religioſi, ne quouis colore nouitium quempiam inducant, vt eis ſiue Conuentui aliquid in teſtamento, vel aliàs relinquat, ſub pœna priuationis actuum legitimorum per annum ipſo facto incurrenda. Ex Clem. exiui. §. nos aut.

Proteſtatio ante profeſsionem facienda.

Deinde fiat ei proteſtatio, quòd ſi forte deſcendat intra quartum gradum de Iudęis, vel Mahumetanis, vel hæreticis dãnatis, profeſsio ab ipſo emittẽda erit irrita, & nulla: atque adeò quoties certo cõſtiterit de veritate huius defectus, ſtatim ab ordine expelletur, quę quidem proteſtatio in libro ſcribatur, & ab ipſo, & Guardiano, & Diſcretis ſubſcribatur. Ex Tole. 1583.

Exortatio nouit.o fiat.

Prælatus verò facta priùs Verbi Dei breui quadam collatione, nouitiũ genuflexũ, in manibus ſuis ad profeſsionem admittat, quam in hunc modum quilibet proſequatur. Ex eiſdem.

Forma profeſsionis emittẽdæ.

Ego frater N. voueo, & promitto Deo, & Beatæ Marię Virgini, & beato Frãciſco, ac omnibus ſanctis, & tibi pater toto tempore vitę meæ ſeruare regulam fratrum Minorũ, per Dominum Honorium Papam confirmatam: viuendo in obedientia ſine proprio, & in caſtitate, & qui eum recipit promittat (ſi hęc ſeruauerit) vitam æternam, & hęc profeſsio fiat coram fratribus Capitulariter congregatis. Ex antiq.

Profeſsio in libro referenda, & quomodo.

Facta verò profeſsione ſtatim fratris profitentis nomen, ętas, & dies in qua profeſsio fit in libro ſcribatur, in quo Gardianus, & Diſcreti Conuẽtus cũ ipſo profitẽte ſubſcribãt, & in Cõuentus archiuio reſeruetur. Ex Tole. 1583.

De iuuenibus profeſsis.

Nouiter profeſsi ſub eodem magiſtro ſint, & per biennium non transferantur.

IVuenes profeſsi quouſque ad Sacerdotium aſcendant, ſint ſub cura magiſtri nouitiorum, nec ab eodem Conuentu, in quo ſunt profeſsi ante biennium ad alium transferantur, niſi magna ex cauſa per miniſtrum determinanda. Ex eiſdem.

Et cum fuerint profeſsi, non mittantur foras per

vnius

Ex eiſdem. vnius anni ſpatium ſub pœna ſuſpenſionis officij per ſex menſes Guardiano, qui contra fecerit. Per annum foras, non mittantur.

Ex eiſdem. Quando verò iuuenes ſunt extramittendi prouectos graues, & antiquos patres tantùm comitentur. Nunquam tamen petendæ eleemoſynæ gratia, aut cuiuſcumq; negotij ratione ſoli extra Conuentum mittantur, ſub eadem ſuſpenſionis pœna à Guardiano ſecus facienti ſubeunda. Patres graues comitētur, nunquam ſoli extra mittantur.

Ex eiſdem. Nec ad ſtudium promoueantur, niſi poſt duos expletos annos à die ſuſcepti habitus computandos. Nec ad ſtudium intra biennium.

Pro eiſdē. Nec poſsint eſſe ſocij ſeruitio cuiuſcumque etiam patris deſtinati, Guardianus verò, qui ſocus permiſerit, grauiter puniatur arbitrio ſuperioris. Nec ſocij, etiam patrum deſtinandi,

De ordinandis.

Ex eiſdem, & ex Conc. Trid. ca. 5. ſeſſ. 23. Religioſi qui ſunt maioribus, vel minoribus ordinibus initiandi, habeant à ſuo Guardiano, & Cōuentu per examen, bonum ſuæ conuerſationis, & literaturę teſtimonium, Miniſtro Prouintiali præſentandum, ſine cuius licentia, & examinatione in ſcriptis obtenta, nemo poſsit ordinari. Nec valeant ad quoſcumque ordines aſcendere, qui Sacramentum Confirmationis non ſuſceperint. Teſtimonium ordinādis neceſſariū cum licentia, & examinatione in ſcriptis.

Ex c. 4. ſeſ. 23. Et cùm ſecundùm Concilium Tridentinum nemo debeat ad ſacros ordines promoueri, niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi ordinis maioris, vel minoris, niſi Epiſcopus aliud expedire iudicauerit ſtatuitur, vt nullus noſtræ religionis Prælatus ad ſacros ordines promoueat, niſi poſt annum à die ſuſcepti ordinis computandum, abſque cauſa rationabili Epiſcopis in ſuis literis exponenda. Interſtitia ſeruanda.

Ex Rom. 1600. Nec ad ſacros ordines quis promoueatur, niſi ſciat bene canere cantum firmum. Ordinandi ſciant canere.

Ex Conci. Trid. c. 12. ſeſſ. 23. & ex Tolet. 1583. Nemo tamen poſsit aſcendere ad Subdiaconatus ordinem ante vigeſimum ſecundùm ætatis annum, & niſi poſt tres annos in religione expletos, ad Diaconatus ante vigeſimum tertium, & ante quartum annum in Monachatu cōſummatū, ad Presbyteratus ante vigeſimum quintum, & ante quintum annum Ad ordines ſacros quādoquis poſsit admitti.

in vita regulari perfectum, de ætate verò legitima conſtare debet Miniſtro per teſtimonium authenticum ex libro Baptiſmi deſumpto, qui contra quempiam promouerit, arbitrio ſuperiorum puniatur.

Illegitimi promouendi.

Religioſus autem, qui his qualitatibus fuerit probatus poterit à ſuo Prælato ad ordines ſacros promoueri, etiam ſi defectum natalium patiatur, vt in iure cautum eſt. Ex eiſdem Tol.

Intra Prouinciæ limites ordinandi cum tempore præſcripto.

Intra cuiuſque Prouinciæ limites omnes ordinentur, aſsigneturque eiſdem tempus ad proficiſcẽdũ, & reuertendum cum teſtimonio Guardiani, quòd ſi quis tempus ſibi præſcriptum transgrediatur, per id tempus ſit in domo diſciplinæ, & Miniſtri, qui hoc neglexerint, à ſuperioribus in Capitulo puniantur. Pro eiſdẽ.

Ordinis ſuſcepti teſtimoniũ deferendum.

Omnes tamen ſuorum ordinum teſtimonium authenticum ſub ſigillo deferant à Guardiano loci, in quo ordines ſuſceperint præſtandũ, vel ab Epiſcopi notario ſi in eo loco noſtræ religionis Conuentus deſit, ſecus autem facientes ſuſceptis ordinibus ſint ſuſpenſi quouſque conſtet ſufficienter de veritate. Ex eiſdem.

Examinentur à Guardiano loci omnes ordinandi.

Præterea ſtatuitur, vt Guardianus loci in quo ordines ſunt ſuſcipiẽdi, omnes initiandos examinare teneatur ante quàm Epiſcopo præſentẽtur, vt qui ſufficientem non habent literarum cognitionem, ab eo arceantur, ne noſtra ſacra Religio ex rigido Epiſcoporum examine vituperium patiatur, nec poſt ſuſceptos ordines aliqui illorum executionem proſequãtur quouſque exactam omnium cęremoniarum cognitionem comparauerint. Ex eiſdem.

In ordines temere intruſi puniendi.

Qui autem ſine litteris dimiſſorijs ſui Prælati furtiuè, vel per ſaltum ſacris ordinibus ſe ingeſſerit, vltra pœnas à iure ſtatutas per quadriennium ad nouitiatus caparonem ſit redactus, & per decennium ſit priuatus voce actiua, & paſsiua. Ex eiſdem, de cleric. per ſaltum promot. ca. vnico, & de eo qui ord. furt. ſuſc.

Et exercentes ordinẽ non ſuſceptum.

Qui verò ante ſuſceptum Subdiaconatus, & Diaconatus ordinem ſolemniter ſe ingeſſerit prędictorum ordinum executioni per quinquenniũ non poſſit ad eum ordinem promoueri, quem irreuerenter exercuit, & per annum deferat caparonem. Ex eiſdem.

DE DIVINO OFFICIO, oratione, & ſilentio. Cap. II.

De Choro.

Ex prim. Barch.

Ex cap. dolẽtes de celebra. Miſſ. & ex Conc. Tridẽ. ſeſſ. 22. in decreto quanta.

Ad Officiũ diuinũ omnibus ſedule conueniẽdum, & pia attentione permanendum.

STatuimus, & ordinamus, quòd ante horam, & Miſſarum principia, fratres omnes, quos cauſa rationabilis non excuſat, ad chorum cõueniant, pręparaturi Domino corda ſua, ibique ſine diſcurſu, murmure, riſu, & abſque vagis & vanis aſpectibus, ſub ſilentio, in pace, & cum debita grauitate permaneant, cantent, & orent, cum debita attentione, & vſque ad finem vnanimiter perſeuerent.

Ex antiq. Conſue.

Pœna ingredienti incepto iam Officio.

Qui chorum incepto iam Officio, ingreſſus fuerit, genuflexus ſuam negligentiam in medio chori recognoſcat, & ante quàm à Pręſide nutu, vel ſigno iubeatur, non ſurgat.

Ex Salm. c. 3.

Abſque licentia non egrediendum.

Prætereà nemini liceat, niſi per actis ex toto diuinis Officijs, è choro egredi, niſi neceſsitas vrgeat, tuncque ſuperioris venia primùm petita, cui etiam cauſam ſui digreſſus ſignificet.

De Officio diuino.

Ex prim. Barch.

Diuinæ laudes qualiter perſoluendæ.

HOrtamurque in Domino fratres, vt diuinas laudes integrè, attẽtè, honeſtè, atq; religioſè perſoluãt, geſtus leues, & cãtus diſſolutos, ſeu fractos omnino declinẽt, tractim pſallẽt, debito more, incepta, quę ſimul cãtãda fuerint, ſimul cõtinuẽt, ſimulq; pauſẽt, & qui in his defectuoſi fuerint, grauiter puniãtur.

Ex conſti. Mart. 5. c. 3. ex prim. Barch. c. 2. ex Sal. c. 3. ex Rom. 1600.

Muſica quę cãtu fracto fit, prohibita.

Quod de cantu fracto, quem figuratum vocant, aliàs prudenter quidem, ac piè ſtatutum eſt, opportunè renouantes, à fratribus eiuſmodi muſicam fieri, etiam in Eccleſijs noſtris diſtrictè prohibemus.

Ex Salmãt. ca. 3. & ex

Ad præſcriptum ſan-

Verùm cùm ex noſtræ regulæ ſpeciali præcepto teneamur, diuinum Officium perſoluere ſecundùm

ſæ Romanæ Eccleſiæ diuinū Officium perſoluendū.

ſacro Cōcil. Tridēt. ſeſ. 25. c. 21. in decret. ſacro ſancta, & ex conſt. Clem. 8. cū Eccleſia Catholica.

ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtatuimus, vt omnes fratres cum omni cura, & diligentia ordinē, & cęremonias obſeruent, inſtitutas in Miſſali, & Breuiario nouiſsimè editis, ex decreto Sacri Concilij Tridentini, iuxta Clementis Octaui ſanctionem.

Forma ex Miſſali, & Breuiario extrahēda obſeruetur.

Ex Tolet. 1583.

Quod nimirum, vt commodiùs fieri poſsit decernitur, vt ex eodem Miſſali, & Breuiario in ſermone vulgari forma quædam extrahatur, ab omnibus vniuerſaliter obſeruanda.

Matutinū media nocte, & vbi non poteſt ſummo manè recitandum.

Ex Veteri conſuet. & ex vltramont. c. 3.

Matutinum officium in omnibus Conuentibus, etiam minoribus media nocte, & in omni tempore dicatur iuxta probatam totius Ordinis conſuetudinem, quòd ſi propter aeris intemperiem, vel aliam neceſſariam ob cauſam, Prouinciali, & toto Diffinitorio probatam, alicubi media nocte recitari nō poſſit, id ſaltē ſummo manè recitetur, ita, vt in ortu ſolis, vel circiter, Prima recitari poſsit, at nulle quouis tempore poſt Completorium recitari liceat. Guardiani ſecus facientes, ab officio ſuſpendantur ſuperioris arbitrio.

Omnes horis omnib. aſsiſtāt.

Ex Salm. & 4. Pariſien. 1579. Rom. 157. & Rom. 1612.

Omnes in poſterum fratres horis omnibus die nocteque in choro aſſiſtant, præter Lectores, & principales Conuentuum Prædicatores, qui prędicandi onus actualiter ſuſtinēt; quos tamen hortamur in Domino, vt quantum per occupationes licuerit, & ipſi pro eorum pietate, & Religione diuinis Officijs intereſſe velint.

Lectores, quādo choro intereſſe debent.

Ex Veteri conſ. 1. & ex Vltram. c. 3.

Diebus autem feſtis Lectores horę Tertiarū, Miſſæ, & Veſpertinis Officijs omnino aſsiſtant, ſolemnioribus verò feſtis Matutinis etiam intereſſe teneantur.

Prædicatores Cōuentus item.

Ex eiſdem.

Prædicatores verò conuentuales horæ Tertiarum, Miſſæ, & Veſperis ſingulis diebus, Matutinis verò in feſtis ſolemnioribus aſsiſtant, niſi illis diebus prædicent.

Cæteri Prædicatores etiam.

Ex eiſdem.

Cæteri verò Prædicatores horis ſingulis, tam nocturnis, quàm diurnis in Hebdomada in qua nō ſint concionaturi aſsiſtant, in Hebdomada verò concionis horę Tertiarum, Miſſæ, & Veſperis interſint, pro quali-

qualibet tamen concione octo dumtaxat noctibus à Matutinis eximantur

Ex eiſdem. Si quis verò neceſsitate aliqua præpeditus, horis matutinis intereſſe non poterit, Miniſtro Prouinciali inſinuet, ſine cuius licentia inſcriptis obtéta nullo modo ſit exemptus: iniungimus verò Miniſtro ne talem licentiam, niſi graui de cauſa concedat. Neceſſitate præpeditus ſine Miniſtri licentia non eximendus.

Ex Salmã. c.3. Qui autem ſine impedimento legitimo, vel oſſicij, vel infirmitatis ſingulis horis non interfuerit, pro prima vice quinque Aue Maria in communitate recitet, deinde pro modo culpæ, vel negligentiæ arbitrio ſuperioris puniatur

Ex eiſdem. Vt verò Miſſa cum officio conueniat, ſtatuitur, quòd Miſſa maior ſit de feria, vel feſto occurrente; idque ob nullam cuiuſcumque ſpecialem deuotionem prætermittatur, cùm apertè ſit contra ordinarium, & ſingulis diebus pro ipſo Conuentu canenda nunquam intermittatur. Miſſa maior cum officio conueniat, & ſemper pro Cõuentu canatur.

Ex ind. Ap. ... & ex Val. ... Officium Sanctiſsimi Sacramenti ſingulis quibuſque ferijs quintis, duplici, vel ſemiduplici feſto non impeditis, per totum annum (tempore Aduentus, & Quadrageſimæ excepto) ſicut in eius officio, & octaua habetur, nihil penitus mutato, ex Apoſtolica conceſsione vbique celebretur ſub ritu ſemiduplici. Officiũ Sanctiſſimi Sacramẽti ſingulis quintis ferijs nõ impeditis celebrandũ.

Ex indult. Ap. Paul. ... 09. & ex Rom. 1611. Eodem modo ordine, & ritu ſingulis quibuſq; Sabbatis non impeditis (exceptis etiã Aduentu, & Quadrageſima) officium proprium Conceptionis ſanctiſſimæ Virginis Mariæ Dominæ noſtræ prout in eius feſto, & octaua nuper recognitũ continetur, ex Apoſtolico indulto ab omnibus eſt celebrandum. Singulis Sabbat. Officium Conceptionis.

Ex indult. eiuſdẽ Põt. ad inſtantiã Reuerẽdiſſimi Vicarij Gener. anno. 1618. Item, ſemel in menſe prima die non impedita alio feſto nouem lectionum (ac Quadrageſimali, & Dominici Aduentus tempore excepto) Officium Stigmatum B. P. N. Franciſci, vt in feſto proprio die decimaſeptima Septembris habetur, exceptis lectionibus primi nocturni, quę de ſcriptura occurrente dicantur, ex Apoſtolica conceſsione eſt nobis celebrandum ſub ritu ſemiduplici. Semel in menſe Officium Stigmatum B. P. N. F.

Officia ſimiliter ſancti Ioachin, patris Santiſsimæ

Officium ſancti Ioachim, & ſancti Gabrielis celebrẽtur.

Virginis, & ſancti Archangeli Gabrielis ſub ritu duplici prout habentur in officijs proprijs noſtri Ordinis à ſancta Sede Apoſtolica probatis, & à Pio Quinto felicis recordationis viua voce conceſsis ab omnibus celebrentur.

Ex conceſſ. Pij 5. in Officijs Ordinis.

De miniſtris ad diuinum Cultum.

Omnes ſint Hebdomadarij Diaconi verò, & Subdiaconi, qui debeant eſſe.

Ex Tolet. 1583.

ET tandem, vt miniſtri idonei nuſquam deſint ad horas Canonicas publicè perſoluendas, præcipitur, vt omnes Sacerdotes, qui choro intereſſe tenentur, ſint Hebdomadarij, & qui nondum habent triginta Religionis annos ſeruiant in Diaconatus miniſterio, qui verò nondum viginti attigerint, in Subdiaconatus officio adminiſtrent.

Prædicatores non eximendi.

Ex eiſdē.

Prædicatores verò ab hac lege nullo modo eximātur, omnes verò (excepta Hebdomada in qua prædicauerint) ſint etiam Hebdomadarij, & qui duodecim annos Prædicationis non attigerit, ſeruient in Diaconatus, & Subdiaconatus officio, reſiſtentes autem arbitrio Guardiani puniantur ſine diſpenſatione; eximuntur tamen Prædicatores Conuentuales.

Quæ dicenda ſunt in choro, Altari, & menſa, præueniantur coram chori præfecto a quo miniſtri in tabula leguntur.

Ex eiſdē.

Item, vt omnia rectè, & ſine errore in choro, & Altari dicantur, teneantur Hebdomadarij, & reliqui Altaris, chori, & refectorij miniſtri (quos omnes in ſingulis Sabbatis chori præfectus in tabula leget) coram communitate ad certam horam ſingulis diebus conuenire ante chori præfectum, vt dicenda, & cantanda præueniant, & prouideant, & qui abſuerint, faciant pœnitentiam in pane, & aqua.

Si præfectus non ſit Latinus alter ſubrogandus.

Ex eiſdē.

Si tamen contingat, chori præfectum non eſſe linguæ Latinæ peritum, alius eius loco ſufficiatur, qui in choro, & refectorio ſit occurrentium defectuum corrector.

Omnes ad chorũ deputati cãtum addiſcant.

Ex Rom. 1600.

Guardiani etiamque Miniſtri ſummopere inuigilent, vt fratres omnes ad chorum deputati cantum firmum addiſcãt à chori præfecto per quotidianum exercitium in horis commodis exhibendum.

De

De interdicto, & feſtis.

Ex Salm.c. 6.& ex Cō-cil.Tridēt. ſeſ.25.c.12. & ex conſt. Clem.5.

Interdictū tēpore Matricibus Eccleſiis conformādum priuilegijs ſeruatis.

ET quoniam cōformitas noſtræ Ordinis cum clericis ſęcularibus, præſertim in horis Canonicis, multum habet ſplendoris, volumus, vt tempore Generalis interdicti (ſecundùm formā iuris, & domini Clementis Quinti, & Concil. Tridentini.) Fratres, omnes Matricibus Eccleſijs ſe conforment, ſeruatis tamen noſtri Ordinis Priuilegijs.

Ex eiſdē.

Feſta Diœceſana ſeruanda.

Dies autem feſtorum, quos in Diœceſi ſua Epiſcopus ſeruandos præceperit, à fratribus noſtræ Religionis, etiam omnino ſeruentur.

De Oratione Mentali.

Ex prim. Barch.c. 1. & ex cap. Gen.Baſili. 1454. & ex Salm.ca. 3. & ex Rom. 1587.

Congruis horis quotidie Mentali Orationi incubendum.

MOnemus quoque fratres omnes, vt cōgruis horis ſanctæ deuotionis, & Mētalis Orationis ſtudio ſe exercere conentur; animaduertentes, nihil magis neceſſarium eſſe pro conſeruāda noſtra Religione, quam iuge ſanctę Orationis exercitium, quo deficiente, omnia corruant neceſſe eſt.

Ex Tolet. 1523.

Poſt Completorium dimidia hora.

Atque adeò ſecundùm antiquam noſtræ Religionis cōſuetudinem poſt Completorium omnes, tam clerici, quàm laici per ſpatium horæ dimidiæ Orationi Mentali deuotè inſiſtant.

Ex eiſdē.

Poſt Matutinum itē.

Poſt Matutinum ſimiliter per id temporis ſpatium Orationi vacent; idque obſeruādum erit per totius anni circulum omnino.

Ex eiſdem.

Quo tēpore poſt Nonam.

At verò à Reſurrectione Domini, vſque ad feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis, exercitium Orationis Mētalis, quod poſt Completorium habendū erat, ſingulis eiuſdem temporis diebus poſt Nonā habeatur.

Pro eiſdē.

Lectio præmittenda Orationi.

Semper autem lectio alicuius libri ſpiritualis, quæ materiam contemplationis miniſtret, præmittenda eſt Orationi Mentali.

Ex eiſdem, & ex Tole. 1602. & ex Pariſ. 1573.

Prælati Orationi cū ſubditis aſſiſtant, & negligētes puniantur.

Prælati autē curare debēt, niſi manifeſta neceſsitas eos excuſauerit, vt eidē Orationis exercitio cū reliquis omnibus fratribus interſint; Prouinciales verò, ſeu Guardiani, qui in eius obſeruātia negligētes fuerint, ſuſpēdātur ab officio ipſo facto, vel etiā priuētur pro negligētię modo ſuperiorū arbitratu.

De Oratione vocali.

Ex antiq. conſuet. & ex Tolet. 1583.

Nocturnũ Benedicta qualibet ſexta feria canendum.

CVm in omnibus probatis Religionibus antiqua, ſancta, & laudabilis conſuetudo inoleuerit pſallendi, vel recitandi ſpeciales quaſdam orationes poſt horas Canonicas, ideo ſtatuitur, vt in qualibet ſexta feria poſt Completorium in Virginis laudem decãtetur nocturnũ, vulgo *Benedicta*, nuncupatum, cuius duo reſponſa, ſcilicet, *Sancta & immaculata Virginitas:* & *O glorioſa Domina*, pſallantur.

Sabbato Miſſa Beatæ Virginis recitanda.

Ex eiſdem.

Etiamque Sabbato ſequenti poſt Primam Miſſa Beatæ Virginis de tempore occurrenti, vt eſt in Miſſali, ſolemniter decantetur. Verùm ſi in Sabbato occurrat feſtum duplex, vel feſtiuum, vel Virginis Mariæ, aut eiuſdem octaua, nec *Benedicta*, nec Miſſa nuper memorata decantabitur: in Sabbatis verò, quãdo de Conceptione fit officium, dicendum eſt nocturnum & Miſſa de tempore poſt Primam canenda.

Antiphonæ Tota pulchra & Conceptio tua ſingulis diebus dicẽdæ.

In Cong. g. Segouienſ. 1621.

Item in honorẽ immaculatæ Conceptionis eiuſdem ſacratiſsimæ Virginis decantabitur ſolemniter ſingulis diebus poſt horas veſpertinas Aña illa *Tota pulchra es Maria*. Poſt Completorium verò recitabitur alia Aña. *Conceptio tua,* cum ſuis verſibus & orationibus.

Commemoratio B. P. N. Franciſci poſt Cõpl.

Ex veteri conſuet. 1. c. g. Segou. 1621.

In honorem verò Seraphici P. N. Franciſci ſemper poſt Completorium dicatur Aña. *Calorum candor*, excepta ſexta feria, in qua recitetur Aña. *Crucis apparet hoſtia*, cum Verſ. *Signaſti*, &c. & Oratione, *Deus qui mira*, &c.

Item poſt Matutinũ & Veſperas

Ex eiſdem.

Poſt Matutinum verò dicatur Aña. *Sancte Franciſce*, & poſt Veſperas Aña. *Salue S. P.* cum Verſiculis, *Ora pro nobis*, &c. & Oratione, *Deus qui Eccleſiam*, &c.

Feria ſecunda pro defunctis Miſſa canenda & proceſsio facienda.

Ex Veteri Conſuet. & ex Tolet. 1583.

Præterea inqualibet ſecunda feria in qua non occurrat feſtum quod ſit duplex maius, vel obſeruandum, cantetur Miſſa defunctorum pro defunctis Fratribus, & pro his qui in noſtris Conuentibus ſepulti iacẽt immediatè poſt Primam recitatam, & ſtatim

fiat

fiat proceſsio per clauſtrum cum Reſponſorijs defunctorum.

Ex eiſdem. Adhæc autem omnia omnes Fratres, qui euidenter non fuerint impediti; concurrere tenentur; ſecus facientes pœnitentiam ſubeant in pane & aqua. Ad quę omnes aſsiſtere tenētur.

Ex indult. Gregor. 13. pro Eccleſ. Carmelita. conceſ. in comp. Priu. annot. Capuch. pag. 306. In ingreſſu autem & egreſſu tam Chori, quàm Eccleſiæ omnes primùm ſanctiſsimo Sacramento exiſtenti profundiſsimam inclinationem genuflectẽtes exhibeant, & pro Eccleſiæ tranquillitate orantes terram humiliter oſculentur, vt indulgentias pro ſtationibus conceſſas conſequantur. Coram ſanctiſsimo Sacramento terra oſculanda & orãdum pro indulgentijs lucrandis.

De ſilentio.

Ex prim. Barch. NE autem deuotionis feruor per inquietudinem multiloquij extinguatur, ſtatuimus, quòd ſilentium à dicto Completorio vſque ad primam pulſationem horę Primæ diei ſequentis ab omnibus inuiolatè obſeruetur, exceptis tamen hoſpitibus, & eiſdẽ miniſtrantibus vel aſsiſtentibus, de licentia Guardiani, quibus modeſtè & tacitè loqui permittitur. Silentium à Completorio dicto vſque ad Primã ſeruandum.

Ex eiſdem. Sileatur verò in Clauſtro, in Choro, in Eccleſia, à principio Chori, & ſupra: in Refectorio, tam in prima, quàm in ſecunda menſa, & hoc non ſolùm à reſidentibus, ſed etiam à forenſibus obſeruetur. Quibus in locis maximè ſilendũ.

Ex Tolet. 1583. Atque adeò præcipimus ne lectio menſæ, quæ in Refectorio eſt habenda, vnquam intermittatur, adhuc in feſtis precipuis & Paſchalibus, ſub pœna Guardiano contra facienti arbitrio ſuperioris ponenda. Lectio in menſa nunquam intermittenda.

Ex prim. Barch. In locis autem vbi fratres non habent officinas diſtinctas, loca diſtincta & commoda ab immediatis ſuperioribus eorundem locorum aſsignentur, vbi fratres ſileant, & vbi poſsint loqui alijs dum oportet. Loca aſsignãda in quibus liceat loqui & ſilere.

Ex eiſdem. Similiter hora dormitionis à feſto Reſurrectionis Domini, vſque ad feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis qualibet die poſt ſecundam menſam pulſetur cãpanella Refectorij, & ex tunc ſileatur vſque ad Nonam. Quo tempore poſt prandium ſilentiũ ſeruari debeat.

Ex eiſdem. In diebus verò ieiuniorum ſimili modo à pulſata campa- In diebus ieiunij itẽ.

campanella poſt menſam ſecundam ſilentium obſeruetur, donec fiat ſignum adſurgendum à ſomno ſecundùm ſpatium à Guardiano prouidè aſsignādum, liceat tamen fratribus quod neceſſe eſt loqui breuiter & ſubmiſsè, ſicut viros Religioſos ac pios decet.

Pœna ſilentium frangētibus ſubeunda.

Si quis autem ſilentium fregerit, debeat in Capitulo dicere culpam ſuam, eam prout ſe in hoc deliquiſſe meminerit, exprimendo cui à Guardiano abſtinentia à vino, vel ab alijs, aut alia pœnitentia, ſecundùm culpæ exigentiam, imponatur. Ex eiſdem.

vbique Religioſè ſine clamore loquendum.

Hortamur etiam, vt fratres aſſueſcant etiam vbique Religioſé ſine clamore loqui, maximè in dormitorio, Eccleſia, oratorio, clauſtro libraria, & ſecretæ neceſsitatis loco, in quibus locis ſtrictum ſilentium ſeruetur. Ex eiſdem.

Cellas ingredi tempore ſilentij, ſub obedientia vetitum.

Sacri ſilentij, ac Religioſæ honeſtatis, & modeſtię accuratiùs conſeruandæ gratia, inhibemus ſub obedientiæ pręcepto omnibus & ſingulis fratribus ne tēpore ſilentij meridiano & nocturno ingrediātur cellam vllam alterius, exceptis tamen cellis Prælatorū pro negotijs dumtaxat neceſſarijs, & Patrum habentium per conſtitutionem ſocios pro ipſis dumtaxat, & Magiſtri nouitiorum pro ipſis ſolummodo. In Sac. c. gi Segouienſ.

Sæculares ad interiora, maximè ad cellas nō admittēdi.

Sæculares autem ad interiores Conuentus officinas aut interiora Clauſtri loca nullomodo admittātur, in cellis verò ſit illis perpetuò interdictus ingreſſus, niſi de licentia Prælati ad cuius arbitrium ſecus facientes puniantur. Ex vltra mont. c. 3.

De Diſciplina.

Diſciplina tribus diebus in hebdomada fiat.

VT verò carnis mortificatio in nobis reſplendeat, præcipitur, vt in quacumque hebdomada tribus diebus fiat diſciplina in communi, nempe feria ſecūda, quarta, & ſexta. Ex Toleti 1583.

Quibuſdā diebus exceptis.

Si tamen in his diebus duplex maius, vel dies feſti occurrat, diſciplina eo die ceſſabit, idem fiet in octauis Natiuitatis Domini, & Epiphaniæ, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, & Seraphici Patris noſtri Franciſci, Ex eiſdem.

ciſci, & omnium Sanctorum, & Aſſumptionis Beatæ Virginis.

Ex eiſdem. Diſciplina verò durabit interim, quòd recitatur Pſalmus Miſerere mei Deus, cum verſibus, & orationibus in Prouincijs conſuetis. Quanto tẽpore durare debet.

Ex eiſdem. Diſciplina tamen, quæ fieri debet in quarta, & quinta, & ſexta feria maioris Hebdomadæ, erit prolixior, nam prima die recitabuntur Pſalmi Cantici gradus in tribus interuallis, in ſecunda verò dicentur Pſalmi Primæ, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ, cum alijs tribus interuallis, in Tertia tamen ſolùm dicitur Pſalmus Miſerere mei, & de Profundis. In maiori Hebdomada item.

Ex Tolet. 1606. Diuinum denique Cultum, laudes diuinas, ſacrificia, crebra ieiunia, diſciplinas, Orationem tùm vocalem, tùm Mentalem, ſilentium, ac reliqua omnia ſpiritualia, & corporalia exercitia, quæ pietatem excitant, regularis vitæ diſciplinam iuuant, & Deum reddunt propitium integrè inſtaurari cupientes, ſtatuimus, vt Miniſtri Prouinciales & Prælati locales, qui in obſeruãtia ſtatutorum generalium, in quibus exactè, & copioſè ſuper hæc prouiſum eſt, negligentes fuerint, ſuſpendantur ab officio ipſo facto, vel etiam priuentur pro negligentię modo ſuperiorum arbitrio. Prælati in cultus Diuini cæterorũque obſeruãtia negligẽtes puniendi.

(.?.)

DE OBSERVANTIA paupertatis. Cap. III.

De numero fratrum.

Numerus fratrũm ſingulis Conuentibus conſtituendus. *Ex Tolet. 1583.*

QVoniam ad exactam paupertatis obſeruantiam, nimiam fratrum multitudinem vitandam eſſe decreuere antiqui noſtri patres, decernimus, inuiolabiliter obſeruandum, vt ſecundùm Concil. Tridentinum in ſingulis Monaſteriis, is tantum numerus fratrum conſtituatur, & in poſterum conſeruetur, qui ex conſuetis eleemoſynis poſſit ſuſtentari.

Taxatio quomodo faciẽda, nec vltrà numerũ addatur. *Ex eiſdem, & ex Tole. 1606.*

Atque adeò pręcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ vniuerſis Prouincialibus, vt quàprimùm ad ſuas Prouincias regreſsi fuerint, Diſcretos ſuos conuocare teneantur, de quorũ conſilio huiuſmodi taxatio pro ſingulis Conuẽtibus publica lege fiat in ſtatutis Prouinciarũ inſerenda, vltra quẽ numerũ nullus imposterum frater ſuperaddi poſsit, prout demandato D. Paul. V. in cap. Gen. Tolet. cautum eſt.

Nullus ſupra numerum admittendus. *In Cap. Gener. Segou.*

Si autem in taxatione maior numerus fratrũ reperiatur, quàm in Prouincia ali & ſuſtẽtari valeat, nullus deinceps ad religionem admittatur, & Miniſter qui contra fecerit, arbitrio ſuperioris puniatur.

De pecunia.

Declarationes Apoſtolicæ regulę ter in anno legendæ. *Ex primis Barchi.*

PRæterea, cùm regula dicat, quòd fratres non recipiant pecuniam per ſe, vel per interpoſitã perſonã: & qualiter hoc intelligi debeat, per duos Sũmos Pontifices, ſcilicet, Nicolaum III. & Clementem V. apertè fuerit declaratũ, ordinamus, vt hoc meliùs obſeruetur, quòd declarationes prędictæ, præſertim quantum ad iſtum articulum: & alia, quæ pertinent ad obſeruantiam paupertatis, ter in anno per integrum legantur: eo tempore quando iſtæ conſtitutio-

tutio-

tutiones ſint publicè legendæ, ne ignorantia ſit ipſis fratribus occaſio delinquendi.

Ex Tolet. 1606.

Quo circa præcipimus omnibus, & ſingulis noſtræ Religionis patribus, & fratribus, vt declarationes prędictas noſtræ Euangelicæ regulæ omnino obſeruēt, nulla admiſſa diſpenſatione, contra puritatem regulæ prędictæ exhibita, & qui contra fecerint, pœnis contra inſtituti noſtri fractores ſubiaceant.

Declarationes Apoſtolicæ regulæ ſine diſpenſatione ſeruandæ.

Ex Rom. 1600.

Pœnæ etiā proprietatis in noſtris generalibus conſtitutionibus contentæ contra procurantes, vel habētes pecunias, vel eis vtentes contra regulæ noſtrę puritatē, ſine diſpēſatione aliqua executioni mādētur.

Pecunias contra regulæ puritatem procurantes plectendi.

Ex Rom. 1610.

Ne autē debita circa pecunię vſum obſeruatio collabatur, ſtatuitur, vt religioſi nullo modo ad pecuniā recurrant, niſi exiſtente vera, pręſenti, vel imminenti neceſſitate, determinata quidem, ſicut ex regula ipſa, & declarationibus Sūmorum Pontificū conſtat.

Recurſus pecuniæ, niſi in vera, præſēti, vel imminenti neceſsitate interdictus.

Ex eiſdem, & ex primis Barch. & ex cap. Gener. Burdegalē. 1520. in Enchirid. fol. 97.

Cùm verò talis neceſsitas exitterit, qui habuerit eam, ſuo Prouinciali Miniſtro, vel in eius abſentia Guardiano, & neceſsitatis qualitatē, & pecuniæ procurandę quantitatē manifeſtare teneatur, quatenus de alterius licentia, & non aliter pecunia ipſa poſsit procurari, in tali verò licentia cōcedēda, cōſcientias Miniſtri, & Guardiani diſtrictiùs oneramus, ne eam concedere audeant, niſi diligenti examinatione pręmiſſa, tùm neceſsitatis, tùm quantitatis pecuniæ.

Et neceſsitatis qualitas, & pecuniæ quantitas Prælato manifeſtanda.

Ex eiſdem. Et ex cōſt. Ap. Mar. 5. & Pij 4.

Pecunia autem ſic licitè procurata pro vera, determinata, præſenti, vel imminenti neceſsitate, ſi de conſenſu dantis alicubi deponenda ſit, vt expendatur, tunc de Miniſtri, vel Guardiani licentia apud ſyndicum ſolùmmodo conſignetur, vt eam in eiſdem neceſsitatibus dumtaxat expendat, vel nomine elargientis, vel ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, ad quam dominium pęcunię licito modo oblatę pro fratrum neceſsitatibus dominiū ſpectare iuxta decreta Apoſtolica Martini V. & Pij IIII. declaramus.

Pecunia apud Syndicum ſolùm modo deponenda de Guardiani licentia.

Ex eiſdem.

Qui autem ſecus pecuniam procurauerit, vel procuratā depoſuerit, vel deponi fecerit, niſi apud Syndicum, pœnis proprietariorum ſubiaceat.

Pœna in ſecus facientem.

Pecunia ſine ſpeciali Prælati facultate nó expédatur.

Ex Rom. 1600.

Et ne quis ſuo arbitrio, ſed ſolius Prelati, etiam iuxta largientis voluntatem, pecuniam ipſam conſummare per ſe, aut per alios poſsit, ſtatuimus ſub eadem proprietatis pœna, nequis fratrum abſque peculiari Miniſtri, aut Guardiani facultate, & aſſenſu, pecuniam ſibi oblatam, etiam pro neceſsitate præſenti, & imminenti modificationibus ſeruatis iuxta Apoſtolicas, ſanctiones conſummat.

Facultas in vniuerſum non concedenda.

Ex eiſdem.

Nec Prælatorum quiſquam alicui ſubditorum licentiam in vniuerſum concedat, ſed peculiaris facultas ſit ſemper neceſſaria, ad quaſcumque etiam minimas res comparandas.

Pecunia neque portanda, nec contrectanda, nec retinéda.

Ex prim. Barch.

Quicumque frater pecuniam ſuper ſe portauerit, vel manu propria contrectauerit, vel in cella retinuerit, pœna proprietarij puniatur: Si verò ſecũda vice repertus fuerit pecuniã ſuper ſe portaſſe, vel manu propria contrectaſſe, pœna carceris puniatur.

Nec libri nec alia extra Conuétum reponantur.

Ex eiſdem.

Pœna etiam proprietarij puniantur fratres illi, qui ſine ſui ſuperioris licentia libros ſibi conceſſos, vel alia quæcumque extra Conuentum, vel locum fratrum, deponunt, & à ſæcularibus faciunt conſeruari.

Debita onerosa nó inducenda.

Ex eiſdem.

Caueant Guardiani, & fratres alij, ne ſe, vel locum aliquem in debita oneroſa inducant, vel induci permittant abſque Miniſtri Prouincialis conſilio, & aſſenſu Et de his debitis in quolibet Prouinciali Capitulo perquiratur.

Debitis Cõuentũ grauare quibus, & quo modo liceat.

Ex eiſdem

Cæterùm pro ædificijs conſtruendis, locis mutandis, vel ampliandis, aut pro libris ſcribendis, vel emendis, debita fieri prohibemus, niſi Miniſter Prouincialis de Diſcretorum conſilio ex cauſa rationabili viderit diſpenſandum.

Litera receptionis pecuniæ nó facienda.

Ex eiſdem.

Item, fratres nullam literam, vel inſtrumentum confici permittant, in quibus proteſtentur ſe pecuniam recepiſſe: poſſunt tamen, verbo vel ſcripto dicere, tantam quantitatem pecuniæ datam, vel legatam per modum eleemoſynæ pro ſua neceſsitate, vel vtilitate ab aliqua perſona eſſe acceptam, & ſibi plenariè ſatisfactum.

Ex Cap. Gene. Aſſſien. 1526. in Enchi. fol. 97. & ex Tol. 1581. & ex Salm. c. 4.

Oblationes pecuniariæ non admittendæ, nec trunci, nec cyppi permittendi.

Item prohibemus, ne oblationes pecuniariæ in Miſsis nouellis, & in die indulgentiarum, & alijs feſtiuitatibus permittantur, ſub pœna proprietarijs impoſita, nec trunci, ſeu Cyppi in noſtris Eccleſijs apponi permittantur, etiam pro conſeruandis confraternitatibus.

Ex Cap. Gne. Barchi. 1503. & ex Rom. 1612.

Quæſtus pecuniarij omnino prohibentur.

Omnes quæſtus pecuniarij, ſiue in Eccleſia, ſiue extra Eccleſiam, ſiue per Tertiarios, ſiue ſæculares procurati fratribus conſentientibus omnino prohibentur, Guardianus autem, qui conſenſerit, amoueatur ab officio, qui verò pecuniam procurauerit, carceri mancipetur per menſem integrum, & confuſibiliter ex illo loco exijciatur.

Ex Rom. 1612.

Necpro ſoluēdis fructibus, vel alijs venalibus pecunia in plateis petenda.

Si qui autem in plateis, vel vicis ſteterint ad eleemoſynas petendas à prætereuntibus, vt pro herbis, fructibus, aut alijs venalibus, quæ apud ſe empta habent, pretium ſoluant, nulla interpoſita appellatione carceri mancipentur per menſem, Guardianus autem, qui iuſſerit, vel conſenſerit, priuetur officio.

Ex Tolet. 1583.

Prælati à Confeſſoribus pecuniā exigentesqual ter puniendi.

Et quia nonnulli ſuperiores interdùm reperiuntur, qui ſalutem animarum minus curantes, denarios ab ipſis Confeſſoribus non verentur exigere, præcipitur, vt Prælati pecuniam à Confeſſoribus petentes pœna proprietatis omnino puniantur.

Ex Cap. Gene. Carpen. 1521. in Enchir. fol. 96. & ex Rom. 1612.

Confeſſores a pœnitētibus petentes, vel recipientes item.

Confeſſores verò, qui à confitentibus pecuniam exegerint, vel etiam pro ſe ipſis oblatam, vel alijs reſtituendam acceperint, vel apponi fecerint in cella, vel alio loco, vltra pœnam proprietarijs impoſitam, facultate priuentur audiendi confeſsiones, & ab eo loco in alium expellantur, nec eò iterum redire poſsint, niſi de licentia in ſcriptis Prælati Generalis, & per menſem integrum carceri mancipentur. quod ſi de hac re fuerint aliàs cōuicti, per annum carcerentur, cuius ſingulis ſextis ferijs coram fratribus pane tantùm, & aqua veſcantur.

(⁂)

De Syndico.

Pro ſingulis Conuentibus Syndicus à Prouinciali deſtinandus pro puriori Regulæ ſobſeruantia.

Ex Salmāt. c.4. Ex Tolet. 1583.

CVm vſus Syndici, procuratoris, vel Economi etiā ad recipiendas & expendendas pecunias non ſit contra Regulam, nec diſpenſatio illius, ſed modus à Pontifice Romano exhibitus, vt puriùs & perfectiùs Regula obſeruetur, vt ipſi Pontifices teſtantur; ſtatuitur & decernitur, vt in ſingulis noſtrę Religionis Cōuētibus, ſit dūtaxat vnicus Syndicus à Miniſtro Prouinciali, vel ex eius commiſsione expreſſa nominādus, qui nimirum Syndicus nullo pacto eſt fratrum interpoſita perſona, cùm pecunias pro neceſsitatibus fratrum recipit & expendit.

Ne tamquā domini fratres pecunias expendant.

Ex eiſdem. & ex declarat. Ap.

Cauendum tamen eſt fratribus vniuerſis, ne tamquam domini proprietarij pecunias expendendas præcipiant, ſed vt pauperes eleemoſynam petentes, eiſdē Syndicis ſuas exponāt neceſsitates, obſecrātes & exorātes, vt occurrrēti neceſsitati ſucurrere velint.

Nec computum iuridicum à Syndico exigant, ſed naturale.

Ex eiſdem.

Eadem ratione caueant fratres, ne computum iuridicum exigant à Syndicis, tamquam domini proprietarij, ſed ad experiendam fidelitatem ipſius Syndici (ad quam obſeruandam poſſunt fratres ipſum Syndicum exhortari) licitè valent fratres computū naturalem cum ipſis Syndicis facere, vt etiam neceſſitates Conuentuum & ipſorum fratrum poſsint clarè & manifeſtè conſtare.

Pecunia Syndico cōſignanda Guardiani ſecus faciētes puniēdi

Ex Salmāt. c.4.

Et quia iuxta Regulam & eius Apoſtolicas declarationes, eleemoſyna pecuniaria quomodolibet oblata pro neceſsitatibus, ſiue communibus, ſiue particularibus ſubueniendis non poteſt niſi apud Syndicum, ſiue eius ſubſtitutum deponi, & per eorum manus dumtaxat expendi; præcipimus, vt Guardianus, qui per alias manus quàm Syndici, vel eius ſubſtituti receperit, vel expenderit pecuniam quamlibet, etiam pro communitate oblatam, proprietarij pæna puniatur.

Nec Syndicus, nec alius in Conuētu denarios accipiant.

Ex Tolet. 1583.

At verò ipſe Syndicus, nec alius eius loco ſubſtitutus poſsit in ſacrario noſtro, vel in quocumque alio

noſtri

noſtri Conuentus loco denarios vel pecunias pro celebrandis Miſsis, nec ob aliam quamcumque cauſam accipere; & Guardianus, Vicarius, vel Sacriſta, qui permiſerint, ſuis officijs priuati exiſtant.

Ex eiſdem, Salmāt. c. 4. Sine Syndico, vel Procuratore ipſo nihil emi, nihil vendi, vel commutari licèt fratribus, ſiue Prælatis, ſiue ſubditis, ſub proprietatis pæna, iuxta regulā & eius declarationes. Nihil emi, vel vendi, ſine Syndico licet.

De redditibus annuis.

Ex Clemē. exiui c. 6. & ex cōſt. Iul. 2. c. 6. p. 19. 20. & ex Salmant. ca. 6. & ex Aſſeſ. 1526. CVm annuos redditus, ſicut cætera bona immobilia nobis habere non liceat, ideò renouantes antiqua Generalia ſtatuta, decernimus, quòd nullus frater inducat perſonam aliquam ad eleemoſynam perpetuam Ordini noſtri exhibendā: & ſi aliqua talis nobis fuerit relicta, nullomodo in iudicio exigatur, ſub pæna proprietatis à procurantibus, vel exigentibus ſubeunda. Eleemoſyna perpetua, necprocuranda, nec in iudicio exigenda.

Ex eiſdem. Declarantes inſuper, quòd ad perpetua legata quę uis petenda non poſſunt fratres ſub eadem pœna recurrere, niſi humiliter & per modum eleemoſynæ abſque allegatione alicuius debiti. Humiliter petēda per modū eleemoſynæ.

Ex eiſdem. Decernitur præterea, ac præcipitur, quòd quotieſcumque reliqui contingant aliqua legata perpetua aliquibus perſonis, ſiue hoſpitalibus, vel alicui reipublicæ, & alijs domibus, ea lege, quòd teneantur fratribus præſtare ſingulis annis certam eleemoſynam, ſiue omnino gratis, ſiue vt ipſi fratres dicant certa officia & Miſſas, Guardianus faciat proteſtationem ei, qui teſtatoris voluntatem implere tenetur, quòd ad illas eleemoſynas nullū ius habent fratres ex vi legati, nec poſſunt obligari ad illa officia & Miſſas. Ante cuiuſuis legati acceptationē fiat proteſtatio.

Ex eiſdem. Si tamen facta iſta proteſtatione, hæres ex ſua libera voluntate voluerit dare eleemoſynas illas, & cōmittere fratribus dicta officia & Miſſas, tunc fratres tuta conſcientia poſſunt eleemoſynas huiuſmodi recipere. eſt autē hæc proteſtatio neceſſaria, iuxta ſancti Bonauenturę ſentētiā, ne ab ignorantibus noſtrū Legatū cū tali proteſtatione poteſt acceptari.

inſtitu-

inſtitutum Regulę noſtrę tranſgreſſores iudicemur.

Idem in legatis ſingularibus faciendum.

Quod quidem & multò fortiùs in relictis legatis, ſingularibus fratribus ſimili modo, & cum eadem met proteſtatione faciendum eſſe, conſultò decernimus. Ex Tolet. 1583.

Ne Syndicus in ſua perſona proprietatem recipiat.

Inhibemus autem, ne Syndicus in ſua perſona proprietatem aliquam recipiat, ex qua huiuſmodi Annui redditus fratribus diſtribuendi proueniāt. Ex eiſdem.

Proteſtationis forma.

Proteſtatio autem ſic fiat ſub ſigillo Conuentus. *Nos Frater N. Guardianus, & Fratres Diſcreti huius Conuentus N. dicimus, ad noſtram notitiam perueniſſe, quondam N. certam eleemoſynæ quantitatē Conuentui huic diſtribuendam perpetuò, gratis, vel forſam pro aliquibus officijs aut Miſsis dicendis, legaſſe, cumque legata huiuſmodi, niſi per viam ſimplicis eleemoſynæ acceptare, ex inſtituto ſancto noſtro, & iure, nobis non liceat: ideo per præſentes liberè proteſtamur in Dominò, quòd legatum prædictum, tamquam illius incapaces, ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus: ſi tamē vel hæres, Commiſſarius, aut legatarius ipſius teſtatoris dictam quantitatem per viam ſimplicis eleemoſynæ, omni obligatione, dominio, & proprietate penitus ceſſantibus, nobis liberè cōferre voluerit, illam ſimpliciter accipiemus, & piæ teſtatoris voluntati, quantum in nobis fuerit, plenè & fideliter ſatisfaciemus.* Ex eiſdem.

Proteſtatio legatario tedanda & in libro ſcribēda.

Hæc autem proteſtatio ſubſcripta per Guardianū & Diſcretos Conuentus dabitur illi, qui tenetur teſtatoris voluntatem implere, & eadem proteſtatio ſcribetur in libro Conuentus, vt conſtare poſsit ſuccedentibus Guardianis, hanc conſtitutionem fuiſſe ad plenum adimpletam, Guardianus verò qui contra fecerit, ſuo priuetur officio. Ex eiſdem.

Dominiū capellæ vel ſepulturæ nō poſſunt fratres trāſferre.

Item ſtatuitur, vt deinceps nulla inſtrumenta publica fiant à fratribus capitulariter congregatis, nec quocumque alio modo ſe habentibus, in quibus trāſferatur dominium & proprietas alicuius Capellæ ſiue ſepulturæ, cùm hoc omnino ſit contra Regulā & noſtrū inſtitutū: repugnat namq; vt aliquis det quod non habet. Ex eiſdem.

Si

Ex eiſdem. Si tamen occaſio ſe obtulerit, in qua oporteat ſatisfacere deuotæ fidelium voluntati, id fiat per modos noſtræ regulæ, & inſtituto congruentes; Syndicus enim nomine ſanctę Sedis Apoſtolicæ poteſt eiuſmodi dominium, & proprietatem transferre; ſi tamen priùs fratres ipſi Capitulariter congregati in tribus diſtinctis diebus decreuerint vtilitati Cōuentus conuenire, non tamen fratres poſſunt ad id aſſenſum præbere, cùm hoc ſolùm modo ad dominum proprietarium ſpectet. Syndicus poteſt tráſferre, & quomodo.

Cùm autem non rarò contingat, legatorum quorundam curam, & rationem Guardianis particularibus, ſiue alijs fratribus per teſtamenta, & vltimas voluntates fidelium commendari, eiſdem certam pecuniam eleemoſynæ titulo ſingulis annis conſignando decernimus, eiuſmodi eleemoſynam, cuiuſuis quantitatis ſit, nullo modo licere Guardianis, vel fratribus pro ſe recipere, vel expendere ſuo arbitrio; ſed deponendam eſſe apud Syndicum, vt in neceſsitatibus Conuentus, & fratrum expendatur: qui cōtra receperit, vel expenderit, pœnis proprietariorum ſubiaceat. De propinis patronatnum.

De vſu rerum.

1 Ex prim. Barchi. INſuper fratres in particulari non habeant, nec mutuent vaſa aurea, vel argentea, vel vtantur eiſdem, vel alijs iocalibus pretioſis, & quicumque contra ſecerit, habitis expolietur, & demutuatis nihilominus puniatur ad arbitrium miniſtrorum. Nihil aureū argenteum, vel pretioſum habēdum.

2 Ex Tolet. 1583. ex Leō 10. conceſsione 54. in Bulla merentur. Et quamuis domos, & Eccleſias amplas, & ornamenta pretioſa, quæ modo ſunt in vſu in noſtro ordine, deſeri à nobis licitè non poſsint, vt Apoſtolica conſtitutione declaratum, & mandatum eſt, decernimus tamen, vt in poſterum iuxta domini Clementis declarationem in prædictis omnibus, pretioſa, curioſa, & ſuperflua, vt noſtrę profeſsioni non congruentia recuſentur. Pretioſa, curioſa, & ſuperflua, étiam in ſacris vitādá.

3 Cùm ex decreto Concilij Tridentini, Regulares

Prælatis in inuigilãdum ne fres ſuperfluum quicquã habeant, nihiloque neceſſario careant.

omnes voce actiua, & paſsiua per biennium priuati exiſtant, ſi vel aliquid tanquam proprium poſſidere ſint conuicti, vel ſi vſus rerum, & eorum ſupellex ſtatui paupertatis non conueniat: ideò præcipiendam duximus iuxta eiuſdem ſacri Concilij tenorem, quòd Prælati maximè inuigilent, vt nihil ſuperfluum fratres habeant, nihilque neceſſarium illis denegetur.

3 Ex eiſdem. Tolc. & ex Cõc. Trid. ſeſ. 25. c. 2.

Pœna in Prælatos neceſſariã ſubditis negantes.

4 Guardiani autem, alijque ſuperiores, ſi negligentes in re tanti momenti fuerint, fratribus ſibi ſubditis, tam ſanis, quàm infirmis neceſſaria quæque pro victu, & veſtitu negantes, ſuis officijs ſint eo ipſo priuati. Ex eiſdem. Tolet.

Cellæ à Guardianis bis in anno à Prouincialibus tẽpore viſitationis viſitandæ.

5 Et ad ſtrictiorem Concilij obſeruantiam, præcipitur, vt Guardiani bis in anno, Prouinciales verò tempore viſitationis, cellas fratrum viſitent, duobus fratribus ex antiquioribus comitati, ſine quorum conſilio nequeant quidquam ſubtrahere, ſubtractum verò, non ſibi, ſed Conuentui applicetur. Ex eiſdem.

Vnicuique ſupellectilium vſus moderandus à Prælatis.

6 Et cum moderatus vſus non ex arbitrio cuiuſcumque, ſed ex Prælati iudicio ſit liberandus, ideò Miniſtri, & Guardiani ſecundùm neceſsitates occurrentes, & qualitates perſonarum, locorum, & temporum, moderatè, & non profanè debent vſum rerum fratribus concedere, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, ne ſub aliquo colore, vel prætextu ampliorem, quàm neceſsitas expoſtulat ſupellectilem alicui concedant, nec cuipiam habere permittant, curioſa ſcriptoria, imagines pretioſas, bibliothecas, oſtentationi magis, quàm vtilitati deſeruientes. Ex eiſdem. & ex Rom. 1600. & 1612.

Cellarũ fabricæ reformandæ.

Etiam præcipitur, vt in cellarum fabricis, & diſpoſitionibus eiuſdem paupertatis, & diſciplina regularis decor eniteat, quare quarundam Prouinciarum abuſus cellas conſtruendi amplas cum pluribus cameris, & aditis intro cõtentis omnino prohibemus, in aliqua tamẽ priuata cella magna de cauſa permittatur vna camera pro manſione, & alia parua pro Ex eiſdem. Rom. 1612.

cubi-

cubiculo, nullo autem modo permittantur valuæ, feneſtræ, nec quod nomine Hiſpano dicitur, *Valcones*, qui cõtra fecerit, actibus legitimis priuetur, & Prælati qui permiſſerint, ab oficijs deponantur.

7 Ex Salmãt. ca. 6. & ex Valliſolet. 1593.

Quid portandũ cum transferuntur.

Cùm autem de vno in alium Conuentum fratres transferuntur, ſecum non deferant niſi libros ſibi neceſſarios & veſtimenta ſui vſus, ſuper quod maximopere Miniſtri inuigilent.

8 Ex conſtit. Ap. Clem. 8. Religioſę cõgregationes.

Nihil liberaliter donare licèt fratribus exceptis leuibus.

Poenæ incurrendæ.

Caueant fratres, etiam Prælati, ne per ſe, aut per alios etiam indirectè aliquid liberaliter, vel munera donent, nec inter ſe largiãtur, exceptis leuibus eſculẽtibus, & poculentibus, & ad deuotionem pertinentibus munuſculis, quę adhùc non niſi nomine Cõuentus, & vbi ſuperiori de conſenſu Conuentus videbitur expedire, poterunt largiri pront cõſtitutione Apoſtolica cautum eſt ſub pœnis infamiæ perpetuæ, & vtriuſq; vocis dignitatũ, graduũ, munerũ, & officiorũ priuationis, & inhabilitatis ad iſta & ſimilia.

9 Ex eadem.

Nec quauis occaſio ne cum aliquo pecunias inſumere.

Præcipitur etiam religioſis eadem conſtitutione Apoſtolica ſub eiſdem pœnis, ne cum aliquo benefactore, vel Preſule ex eodẽ ordine aſſumpto, occaſione tranſitus, aut ob memoriam accepti beneficij gratique animi teſtificationem, aut quauis occaſione pecunias inſumant honorificè, lautè, & oppiparè.

10 Ex eadem.

In hoſpitibus recipiẽdis frugalitas, & paupertas oſtẽdenda.

Iniungitur etiã, vt omnino religioſi in hoſpitibus potentioribus recipiẽdis, ita ſegerant, vt in eis frugalitas, & paupertas religioſa prorſus eluceat, decet enim eos refectorio communi cũ religioſis mẽſa, & ferculis communibus, nequaquam à cæteris diſtinctis contentos eſſe.

11 Ex eadem.

Munera recipiẽtes reſtitutioni obnoxij.

Munera verò ſic vetita quicumq; recipientes, etiã religioſi, ipſo facto abſq; aliqua monitione ad reſtitutionẽ teneantur, adeò, vt reſtitutione ipſa realiter nõ facta, neq; etiam in foro conſcientiæ abſolui poſsint, prout eadem conſtitutione Apoſtolica decernitur.

De Miſsis.

12 Ex Tolet. 1583.

Miſſæ debito ordine celebrandæ

CVm arctiſsimo conſcientiæ vinculo teneantur omnes Guardiani fidelitatem ſeruare illis omnibus

iuxta oferētium intentionem.

bus, qui pro Miſsis dicendis eleemoſynæ ſubſidium fratribus adminiſtrarunt, ita vt pro ſingulis taxatis eleemoſynis, ſecundùm offerentium intentionē, ſingulę Miſſæ celebrentur. Præcipimus inuiolabiliter obſeruandum, vt omnes Guardiani Miſſas ſuo ordine celebrare faciant, vt quæ primò ſuſceptæ ſunt, primò celebrentur.

Miſſas quomodo particularibus fratribus liceat recipere.

Ex eiſdem.

Ac proinde inhibemus, ne particulares fratres, cuiuſcumque conditionis exiſtant, Miſſas dicēdas ſuſcipiant: niſi fortè pro ſuſtentatione, dum actu cauſa prædicationis, vel eleemoſynæ petendæ gratia inter ſęculares morantur, oppoſitum facientes, vt proprietarij puniantur.

Miſſis pro libris, vel alijs rebus fratribus cōmēdare nefas.

Ex eiſdem.

Et cùm res ſit euidenter periculoſa Miſſas pro libris commendare fratribus ſubditis, præcipimus per ſanctam obedientiam, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt deinceps nullus frater ſubditus, nec Prælatus Miſſas pro libris, aut rebus alijs illis commendet.

Quot Miſſas dicendas poſſunt Guardiani relinquere.

Ex eiſdem.

Et Guardianus poſt peractum ſuum officium non relinquat Miſſas dicendas, ſine competenti pictantia. Etſi reliquerit maiorem numerum Miſſarum, quàm centũ, quarum ſatisfactio non apparuerit, relicta in pecunijs numeratis pro ſuo ſucceſſore, priuetur omnibus actibus legitimis.

Miſſarum eleemoſynæ à ſolo Syndico recipiendæ.

Ex eiſdem.

Eleemoſynę verò pecuniariæ, quę pro Miſsis dicendis offeruntur, non poſsint, nec debeant recipi, niſi per Syndicum ſolum.

Circa Miſſarum taxationem Synodale ſtatutum ſeruandum.

Ex Toleti 1606.

Circa taxationem verò Miſſarum, & aliorum obſequiorum, quę teſtatores reliquerunt ſine commoda retributione nimiũ oneris imponentes, ſtatuitur, quòd in omnibus, quę per ſpeciale Capituli generalis decretum expedita non fuerint, obſeruetur id ipſum, quod in ſimilibus euentibus ſtatutum eſt per Synodos illius Diœceſis vbi fuerit Conuentus.

De computo Guardiani.

Ratiocinia ſingulis mē

Ex antiq. cap.3. & ex Salm. c.6.

GVardiani ſingulis menſibus in prima eiuſdē menſis die feſto duplici, vel feriato non impedita, tenean-

neantur reddere computum clarum, & diſtinctum de eleemoſynis elargitis, & de modo quo ſunt elargitæ, & de expenſis, & eo modo, quo ſunt factæ coram Diſcretis Conuentus, & Syndico, & poſt trimeſtre coram tota communitate teneantur rationem reddere omnium eleemoſynarum, & expenſarum, ſecus facientes pro prima vice per ſemeſtre, pro ſecunda per annum, pro tertia perpetuò ſuis officijs priuati exiſtant. *Sib' à Guardianis reddẽda, & quomodo.*

Pro eiſdem in cap. Gener. Segouien. 1621. Vt autem omnia quæ oportet claritate fiant, Guardiani ſinguli teneantur in libro ad hoc ſpecialiter deputato omnes Miſſas ſcribere, quæ commendantur, perſonis ſingulis, pro quibus celebrandæ ſunt, annotatis, etiamque eleemoſynis pro eis oblatis, quatenus conſtare poſsit de Miſsis, quæ dictæ ſunt, & de ijs, quæ reſtant dicendæ, & de eleemoſyna pro eiſdem oblata, & in ſingulis mẽſibus fiat earundem Miſſarum computum coram Diſcretis. *Miſſæ omnes in libro notãdæ, & qualiter.*

Ex eiſdem. In alio libro ſcribantur memoriæ, & anniuerſaria, quę in Conuentu celebrantur, cum nomine fundatoris, & perſonę qui tenetur eleemoſynam Syndico perſoluere, & qua ratione. *Memoriæ, & anniuerſaria item.*

Ex eiſdem. Sit etiam liber, in quo ſcribantur quæcumque Syndicus receperit diſtinctè, & clarè, & ſeorſum expenſæ quotidianæ ſigillatim notentur, quatenus conſtare poſsit quidquid ſingulis menſibus per manus Syndici receptum, & expenſum fuerit, in quo quidem libro computa cum Syndico fiant. *Quæcũque Syndicus receperit, & expenderit ſcribenda.*

Ex eiſdem. Eleemoſynæ etiã omnes, quę à fratribus exiguntur, diſtinctè ſcribantur in libro, & à ſingulis eleemoſynarijs ſimul cum Diſcretis ſubſignetur, quid quiſque collegerit, vt clarè conſtent eleemoſynæ, quæ ſingulis annis colliguntur. *Eleemoſynæ ſingulariter notandæ.*

Ex eiſdẽ. Prætereà omnia, & ſingula ſupellectilia, quæ tam in Sacriſtia, quàm in alijs Conuentus officinis ſunt, in libro particulari clarè, atque diſtinctè ſcribantur per inuentaria ſeorſum, in quibus Diſcreti vnà cum Guardiano, & Officialibus proprijs manibus ſubſcribant. *Supellectilia, & omnia quæ in officinis ſunt item.*

Officinæ ter in anno viſitandæ.

Ter autem in anno, eo tempore quo cellæ viſitādæ ſunt fiat prædictarum officinarum viſitatio; videantque Diſcreti cū Guardiano, an ea omnia, quæ in inuentarijs ſcripta ſunt, reperiantur, nec ne. Ex eiſdem.

Pœnæ ſecus facientibus ſubeundæ.

Guardianus verò, qui prædicta omnia non ſeruauerit, prima vice ſuſpendatur per ſex menſes, ſecunda pro modo culpæ: ſi autē circa fidelitatem in eleemoſynis diſtribuendis defectuoſus inueniatur, omnino ab officio priuetur. Ex eiſdem. & ex Tolet. 1583.

De AEdificijs.

Edificium notabile nec cōſtruēdū, nec deſtruendum, ſine Miniſtri licentia

NVllū etiā ſumptuoſum, vel notabile ædificiū cōſtruatur, vel deſtruatur ſine licētia & diſpēſatione Miniſtri Prouincialis. Et qui contrariū fecerit, vel conſuluerit, per Miniſtrum Prouincialem de loco irreuocabiliter expellatur: & alijs pœnis grauibus puniatur, fratres verò prædictum exceſſum ſtatim denuntiare debeant Prouinciali Miniſtro. Ex Salm. c. 6.

Nouos erigendi Conuentus facultas Prouincijs conceditur abſque veterū preiudicio.

Statutū antiquum, de non ædificandis nouis Cōuentibus, ſine ſpeciali lecentia Capituli Generalis, iuſtis de cauſis irritantes; facultatem plenam concedimus omnibus, & ſingulis Prouincijs; vt maturo habito conſilio, quod magis expedire videatur, deliberent & prouideant quatenus ſine præiudicio Conuentuum veterum noui erigantur, de Diœceſani tamen facultate, iuxta ſacri Concilij Tridentini decretum. Ex Tolet. 1606.

Damna de nouorum ædificatione imminētia pro viribus obuianda.

Similiter Prouincijs relinquitur, vt circa incōmoda, ſiue damna, ſibi de aliorum Conuentuum noua ædificatione imminentia poſsint & valeāt, omnibus remedijs opportunis, licitis tamē vti ante Diœceſanos & Curiam Romanam, cauſam eiuſmodi pro viribus diuino implorato auxilio, defendentes. Ex eiſdem.

Quomodo Prouincia diuidenda, vel denuo erigenda.

Nulla Prouincia diuidatur, vel denuo erigatur ſine Summi Pontificis authoritate, iuxta decretum D. Nicolai Quinti, & ſine conſenſu fratrum Vocalium in Capitulo vel Congregatione Generali congregatorum. Ex compē. verb. Prouincia.

Quo-

Ex Rom. 1612. Quotieſcumque aliqua Prouincia denuo erigitur Reuerendiſsimus Pater Generalis Miniſter pro prima vice promouebit ad officium Miniſteriatus, & Diffinitoriatus, quos idoneos iudicauerit, vt ita & Prouinciarum vtilitati & concordiæ meliùs proſpiciatur, idemque fiat inquacumq; Cuſtodia nouiter erecta. *In erectione nouæ Prouinciæ Miniſter & Diffinitores à Miniſtro Generali inſtituēdi prima vice & de cuſtodia ſimiliter.*

Ex eiſdem. Nullus Guardianus (ſub pœna priuationis & carceris per menſem) inchoatā à prædeceſſore fabricā audeat, vel deſtruere, vel mutare, niſi licētia à Miniſtro Prouinciali in ſcriptis obtenta. *Fabrica inchoata nec deſtruenda nec mutāda.*

De libris.

Ex Tolet. 1583. QVamuis licitum ſit, cuicumque fratri librorum vſum habere, ſuo miniſterio neceſſarium ex ſui ſuperioris facultate, plures tamen habere libros, quā ſingulis fratribus ſint neceſſarij, res eſt omnino illicita. Ideo ſtatuitur, vt nullus frater poſsit habere plures libros, quā ex iudicio Prouincialis Miniſtri fuerit, ſecundùm qualitatem fratrum conceſſum & determinatum. *Libri tantū neceſſarij iudicio Prouincialis cuilibet concedendi.*

Ex Sal. c. 6. Libri & ſupelleſtilia pretioſa fratrum decedentiū ad illam pertinebunt Prouinciam, in qua defunctus frater fuerat profeſſus, niſi in alia eſſet incorporatus. *Ad propriā Prouinciam pertinent omnia fratrum in aliā decedentiū.*

Ex prim. Barchi. ex Tole. 1583. & 1603. & ex Rom. 1612. & ex c. g. Segouien. 1621. Libri autem omnes fratrum defunctorum, eò ipsò quòd frater deciderit, ex nunc pro tunc applicantur à Congregatione Generali Bibliothecis communibus Prouinciæ iuxta earum exigentiam, ſub eiſdem pœnis à Pontificibus latis contra extrahentes, fraudantes, vel diſtrahētes libros eiſdem Bibliothecis applicatos: neque Miniſtris licebit aliter de libris defunctorum diſponere, ſub pœna priuationis officij. *Libri omnes Bibliothecis applicādi & quomodo, & ſub quibus pœnis.*

Ex eiſdem. Illi tamen libri qui prædictis Bibliothecis non fuerint accommodi, vt libri deuotionis & alij minoris momenti, poterunt à Miniſtro applicari fratribus indigentibus, pro quorum conſeruatione fiat regiſtrū, in quo libri eiuſmodi referantur, & ſubſcribatur ab *Qui libri poſſunt fratribus concedi & qua cautela.*

eis quibus fuerunt libri elargiti, quibus præcipitur in virtute Sanctæ obedientiæ, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, vt nullo modo vendant vel diſtrahant, per ſe, vel mediante Syndico, libros, quos ex decedentibus fratribus a Miniſtris ſuſceperint.

Libri particulariter repoſiti ad Bibliothecas redigendi.

Libri autem defunctorum, qui in Bibliothecis particularibus, ſiue in cellis fratrum, pro nunc depoſiti ſunt, etiam in communibus Bibliothecis reponātur, vt ibi tutiùs obſeruentur, & inter cęteros earundem Bibliothecarum libros per inuentarium adſcribantur. Ex Segou.

Libri qualiter ex Bibliothecis extrahēdi.

De licentia tamen Guardiani poterunt fratres ex duplicatis dumtaxat libros pro ſuis ſtudijs neceſſarios ex Bibliothecis ad cellas deferre, cum obligatione tamen ſcripto mandata eos reponendi in eandem Bibliothecā. Si quis verò vſurpare, aut diſtrahere auſerit libros ſic extractos ex Bibliothecis, eiſdem pœnis in Apoſtolica conſtitutione contentis omnino ſubiaceat. Ex Segou.

Quę à Guardiano diſtribuenda, & quæ Miniſtro ſeruanda.

Reliquas verò res defunctorū parui momēti Guardianus diſtribuat inter fratres, & ſi caſu res aliqua magnæ æſtimationis inuenta fuerit, Prouinciali Miniſtro diſtribuenda reſeruetur. Ex Tolet. 1583.

De veſtimentis.

Panni vilitas in quibus attendi debeat.

CVm Regula dicat, quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur, prout in ſtatuto S. Bonauēturæ continetur, ſtatuimus & ordinamus: vt veſtimētorum vilitas attendatur, in pretio pariter, & colore: in omnibus autem, quæ ad habitum fratrum ſpectāt, ad imitationem Patrum noſtrorū, ſemper in veſtimētis reluceat aſperitas, vilitas, & paupertas. Ex prim. Barch.ca. 3.

Forma caputij.

Ad maiorem autem vniformitatem inter nos conſeruandam ordinamus, quòd latitudo caputij habitus noſtri, non tranſeat à lateribus conum iuncturæ humerorum, & quòd longitudo ipſius caputij à parte poſteriori, cingulum non excedat. Ex eiſdem.

Lon-

Ex eiſdem. Lógitudo verò habitus talis ſit, quòd fratris ipſum ferentis nullo modo excedat menſuram latitudo autem vltra ſexdecim palmos nó protendatur ad plus, nec minùs, quàm quatuordecim palmos habeat niſi notabilis corpulentia alicuius in latitudiné aut pliùs requirat, iudicio Guardiani. Longitudo autem manicarum cooperiat extremam iuncturam manuum, nec vltrà protendatur. Habitus

Ex eiſdem. Mantellos verò de panno vili, & humili fratres habeant, non rugatos circa collum, vel criſpos, nec vſque ad terrā per integrum ſaltem palmū protenſos. Mantelli.

Ex eiſdem. Color vero tam habitus, quàm mantelli ſit cineritius, prout frequenter in noſtris Capitulis declaratum exiſtit, & in ordine cenſuetum. Color cineritius.

Ex Cong. g: n. Tole. 1606. Fratres autem Hiſpani non alio panno, niſi eo qui vulgo *Sayal*, dicitur, induantur adeò, vt deinceps nullus habitus, vel mantellum fiat, niſi ex prædicto vili indumento: qui contra fecerit indumentis ſpolietur, & arbitrio ſuperioris puniatur; & Prælatus qui conſenſerit, per bimeſtre ſuſpendatur. Hiſpani panno, *Sayal*, induantur.

Ex Victoriam 1595. approbat. in cap. Gen. Ro. 1600. Omnes eadem forma, eodem modo, eiſdemq; pannis eiuſdem pretij, & coloris in communi veſtiātur: nulliq; cuiuſuis qualitatis, vel conditionis, neq; Prelatis liceat ſub proprietatis, & priuationis officiorum pœna alio habitu, vel mantello vti, niſi eiuſdem pretij, & coloris quo fratres communitatis vtuntur, neque ſub prætextu eleemoſynæ ſibi ab aliquo in particulari, vt veſtiri poſsit elargitæ. Eodem panno eademque forma omnes fratres induēdi.

Ex Ioann. 22. extra. quorum exigit. Et quia ſingularitates, & nouitates pernicię ſolent machinari, prohibetur iuxta Apoſtolicas ſanctiones, vt fratres non deferant habitus curtos, ſtrictos, & inuſitatos, & ſqualidos, ac nouitatis plenos, ſed in his ſtandum eſſe decernimus iudicio Prelatorum. Singularitas in habitibus vitanda.

Ex Tolet. 1583. & ex V.ā. 1596. Et quia Miniſtri, & Cuſtodes tenentur iuxta regulam ſolicitam curam gerere de induendis fratribus, decernitur, vt Miniſtri ſuper Guardianos inuigilent, vt ſuos ſubditos debitè indui procurent ſingulis quotannis veſtimentum quo indiguerint, dantes, & Miniſtris, & Guardianis inuigilādū, vt fratres ſingulis annis induantur.

F ſan-

ſandalias, vel ſoleas, illis prouideant, ita vt fratribus cauſa non præbeatur veſtes contra regulæ puritatẽ conquirendi.

Deſides qualiter puniendi.

Si autem Miniſtri deſides in hoc reperti fuerint, Generalis Miniſter, aut eius Commiſſarius fratres indigentes primò indui cum effectu faciant: deinde Guardiani, & Prouinciales in Capitulo per bienniũ voce actiua, & paſsiua priuentur. Ex eiſdem.

Guardiani non induantur, niſi omnibus indutis.

Item ordinamus, quòd Guardiani non poſsint indui de quacumque eleemoſyna, nec pannum recipere pro veſtitu donec omnibus fratribus ſibi ſubditis indigentibus fuerit ſufficienter prouiſum ſub pœna priuationis officij. Ex cap. Gener. Burdegalẽ. 1520.

Cum habitu dormiendum, ab eo caputium non diſſuendum.

Neque dormiant fratres vnquam ſine habitu, ſemoralib⁹, & chorda, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur: & quicumque repertus fuerit iacere ſine habitu, in terra coram fratribus ſine habitu in ſequenti prandio comedat, qua etiam pœna plectetur qui caputium ab habitu diſſutum portauerit. Ex prim. Barchi. c. 3.

Quæ veſtimenta fratribus ordinarè habere non liceat.

Miniſtri, & Cuſtodes, ac Guardiani grauiter puniant illos, qui inuenti fuerint non cogente neceſsitate portare capitergia, ſeu ſudaria circa collum, & almucia alba, ſiue rubea, ſiue de panno, vel de tella, vel tunicellas ſtamineas. Ex eiſdem.

Camiſsis, vel linteaminibus vti vetitum ſub pœnis.

Seueriùs autem puniendos eſſe cenſemus camiſsis lineis vtentes, cùm ſit non ſolùm contra regulam, ſed etiam contra iuris diſpoſitionem, atque adeò quicumque abſque neceſsitate à Prælato diligenter examinata, & per Medicos noſtri inſtituti conſcios cum iuramento in manibus Prælati decreta, camiſsis, ſiue truncatis, ſiue manicatis, vel linteaminibus vtantur, voce actiua, & paſsiua priuentur: inhabileſque ad officia ordinis cenſeantur, & ſi admoniti non ſe correxerint tribus menſibus carceribus mancipentur Miniſtris verò præcipimus, vt ſuper hac re maximopere inuigilent. Ex c. cum ad monaſt. de ſtatu monach. & ex Rom. 157. ex Tolet. 1583. ex Valliſolet. 1593. ex Tolet. 1600.

Culcitra in dormitorio ſeu linteaminibus.

Item fratres ſani in dormitorio culcitris, linteaminibus, ac puluinaribus de pluma non vtantur ſub pœnis à Prælatis iniungendis. Ex prim. Barch.

Quia

Ex Tolet. 1606.

Quia verò aliquibus religioſis neceſsitas concedit, vt lineis, & calceamentis vtantur, aliſque rebus quæ interdicuntur eis qui huiuſmodi non aſtringuntur neceſsitatibus, ideò præcipitur Guardianis ſub pœna priuationis à ſuis officijs, vt ſi temporalis Medicus, ſignificata ſibi obligatione regulæ, & ſtatus noſtri, ipſe iuramento interpoſito, declarauerit religioſum aliquem neceſsitate conſtringi ad vſum aliquarum rerum ex interdictis, Guardianus proprius teneatur illi omnino de talibus omnibus prouidere, & adhùc communitatis expenſis illius faciat lauari veſtes. ita prorſus, vt dum ſuperfluum, & vitioſum vetatur, iuſtum, & neceſſarium miniſtretur.

Fratribus indigentibus lineis, & calceamentis Guardian prouidere tenetur ſi de vera neceſsitate conſtiterit

Ex eiſdem. & ex cóſt. Ap. Clem. VIII.

Fratres verò talibus neceſsitatibus præpediti, cùm non valeant exequi rigorem vitæ communis, neque obſeruantiam regularis diſciplinæ, ad officia Prælatorum nullatenus debent promoueri iuxta Apoſtolicas ſanctiones, & Ordinis antiqua ſtatuta, quapropter Prouinciales Miniſtri ſpecialem horum fratrũ in proprio libro rationem habeant.

Fratres talibus indigẽtes ad officia ordinis inhabiles.

Ex Tolet. 1585.

Et quia non ſolùm mala, ſed quæ ſpeciem mali habent, ſunt à nobis vitanda: præcipitur, vt deinceps nullam prorſus curioſitatem in veſtimentis fratres deferant, vt ſunt repuncta, & ornamenta nodoſa, quæ Græcè *Condili*, & vulgo *Votones*, appellantur, ex quacumque materia ſint.

Omnes curioſitates vitandæ.

Ex prim. Barch.

Cingulum habeant fratres, quod ſit chorda communis, & rudis, & omnis curioſitas ab ea penitus reſcindatur, & ea vtentes ſeuerè puniantur.

Chorda rudis.

Ex eiſdem, & ex Rom. 1612.

Habeant quoque calceamenta de corio in communi tantùm pro Miſsis celebrandis, & fratres pro Miſſarum celebratione dumtaxat calciari poſsint, aliàs minimè, iuxta regulam, & declarationem Papalẽ licebit eis calceamenta portare ſine Miniſtri, Cuſtodis, vel Guardiani licentia, quorum conſcientias oneramus, ne alicui calceamento vllo vti permittant, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur, tempore verò veris, æſtatis, & autumni nudis pedibus incedant omnes.

Calceamenta pro Miſſis dumtaxat celebrãdis habeantur in communi alias minimè.

Pœnæ à cõtra facientibus ſubeundæ. — Ex eiſdem, Rom. 1612.

Qui verò ſecus calceamentum portauerit, actibus legitimis priuetur, & inhabilis ad officia habeatur: & ſi laicus, vel non Sacerdos fuerit, per annum ad nouitiatus ſtatum reducatur.

Tonſura qualis, & quo tempore facienda. — Ex prim. Barcki.

Et quia tonſura ad honeſtum ornatum fratrum pertinere videtur, ſtatuitur, ne tonſuram deſuper aures, tam clerici, quàm laici ſibi fieri procurent. Ad quindenam autem ſemper omnes radantur, & ſit tonſura clericorum non modica (vt decet religioſos) ſcilicet, vt inter ipſam, & aures non ſint plures, quàm tres digiti.

De ſecularibus non vexandis.

Ratione debiti nemo excommunicandus neq; ie vexandus. — Ex cap. Gener. Lauallen. 1505. & ex Tolet. 1583.

Inhibemus præterea, ne aliquis noſtræ religionis Prælatus poſsit per ſe ipſum, neque per Syndicum, aut aliam quãcumque perſonã facere, vt aliquis excommunicetur, detineatur, vel vexetur ratione debiti cuiuſcumque, ſeu aliorum bonorum temporalium, & ſecus facientes, vt proprietarij puniantur: ſubditi verò qui talia procurauerint, vltra proprietatis pœnam de Conuentu conf[illegible]ſibiliter expellantur.

De depoſitis.

Depoſita præſertim pecuniarũ, non recipienda. — Ex Salmãt. c. 6.

Depoſita præſertim pecuniarum in noſtris Conuentibus non ſeruentur, nec claues arcarum, in quibus denarij, vel res aureæ, vel argenteæ continentur, obſeruandas fratres accipiant, ſecus facientes, vt proprietarij puniantur.

(?)

DE

DE MODO INTERIVS conuerſandi. Cap. IIII.

De ieiunio.

Ex antiq. & ex prim. Barchin. c. 4.

CVm ſecundùm regulam teneamur, duas Quadrageſimas ieiunare, & intermedia ſuadeatur cum benedictione Dei, ex huius benedictionis amore ſtatuimus, quòd tali hora comedant fratres, quòd qui volunt ieiunare, non grauentur, ſcilicet hora ſexta

In Quadrageſima intermedia opportuna hora comedendum.

Ex eiſdem.

Obſecrat tamen generalis congregatio, quòd omnes fratres in ipſa Quadrageſima intermedia, ſcilicet beati Franciſci in Conuentu ſint vna refectione contentia, d amouendas multas deordinationes, & ad obtinendam benedictionem paternam, exceptis debilibus, & infirmis.

In eadem fratres vna refectione ſint contenti.

Ex eiſdem, & veteri. côſuet.

Beatiſsimæ Virginis Mariæ, & Apoſtolorum, etiãque Aſcenſionis Dñi, ieiunentur vigiliæ intus, & extra (beatorũ Philippi, & Iacobi, Ioannis Euangeliſtæ, & Barnabæ tantùm exceptis) vigilia S. Bartholomæi ieiunetur, & feſtum fiat ſecundùm modum patriæ, vigilia beati Franciſci ieiunetur.

Quibus vigilijs per annum ieiunandum.

Tolc. 1583.

Verùm cùm multa ſint oppida, & ciuitates, quæ ex voto, ſiue deuotione, vel ex ſuorum maiorum conſuetudine plures ieiuniorum dies obſeruent: præcipimus, vt omnes noſtræ religionis fratres, etiam ſi extra mænia ſint conſtituti, eoſdem dies ieiunent, & Guardiani, qui oppoſitum fieri permiſerint, per bimeſtre ab officio ſuſpendantur.

Dies quos populi ieiunio obſeruant etiam fratres ieiunent.

De eſu carnium, & vita communi.

Ex ant q. & prim. Barchin. c. 4.

CIrca eſum carnium fratres temperatè ſe habeãt, & deſero in locis ſuis nullo tempore carnes comedant, exceptis infirmis, & hoſpitibus de nouo venientibus & niſi ex cauſa rationabili aliquando ſuperior vid erit diſpenſandum.

In eſu carnium têperantia commendatur.

De

De carnis abſtinentia cõſuetudo ſeruanda.

De non comedendo autem carnes in refectorio, aut in nonnullis feſtiuitatibus per annum occurrentibus, teneat quælibet Prouincia & Cõuentus ſuam conſuetudinem; vel faciant ſuper hoc iuxta ſuorum Præſidentium diſpoſitionem. — Ex prim. Barchin.

Prælati in vita communi cum fratribus in omnibus ſe cõforment.

Rurſus ordinamus, quòd Miniſtri Cuſtodes, Guardiani, ac eorum Vicarij ſint cum fratribus in Conuẽtu, in Eccleſia, in menſa, & in cibis, veſtibus, & lectis, & quandiu fortes & ſani fuerint eiſdem fratribus ſe conforment, & vitam communem ſequantur, ſin minus officijs priuentur, & inhabiles ad alia cenſeantur iuxta Apoſtolicas ſanctiones & antiqua ordinis ſtatuta. — Ex prim. Barchin. & ex Roman. 1611. iuxta conſtit. Ap. Clem. 8.

Si infirmitate grauati non poterant, ab officio arcẽdi.

Si verò infirmitatis cauſa id agere non poſsint, & infra quinque menſes non fuerit ſpes roboris & firmæ valetudinis in ipſis ad communem vitam ſequẽdam ab officio omnino arceantur. — Ex eiſdem Rom. 1611.

Fratribus neceſſaria pro victu miniſtrari curent.

Ordinamus etiam quòd Miniſtri & Cuſtodes ſollicitam curam gerant, quòd de eleemoſynis & rebus alijs, quæ obuenerint Conuẽtibus per Guardianum prouideatur moderatè iuxta eleemoſynarum & obuentionum huiuſmodi quantitatem in communi, ne fratres ipſi propter defectum communis & ſufficientis victus ſeorſum comedere, ac particulariter & inordinatè vitę neceſſaria ſibi procurare cogãtur. — Ex prim. Barchin.

Subditi cõmunitatibus intereſſe compellendi.

Prælatis verò omnibus & ſingulis diſtrictè iniungimus, vt ſubditos omnes ſeuerè compellant vitam communem in omnibus ſeruare, & communitatibus intereſſe, à quibus nullum exemptum declaramus. Prælati qui in hoc ſegnes fuerint, à ſuperioribus ſuſpendantur, vel etiam priuentur pro negligentiæ modo ſuperiorum arbitratu. — Ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 1. ex Rom. 1611.

In cella comedere vel cęnare nefas.

Nulli omnino cuiuſuis gradus, vel cõditionis exiſtat, in cella, ſiue alio loco extra refectorium liceat comedere, neque cænare, quod ſi vna vel altera vice dumtaxat neceſsitas vrgeat, in hoſpicio; ſiue infirmaria charitatiuè reficiatur, de licentia tamen Guardiani. — In c. 9. Segou. 162.

Et extra cõmunitatem ſine cauſa.

Guardiani autem diligenter caueant, ne ſine pia — Ex prim. Barchin. &

&

& rationabili cauſa concedant fratribus extra communitatem licentiam comedendi.

Ex veteri conſuet. & ex Sal. c. 8. Et ſecundùm antiquam Ordinis conſuetudinem decernimus ſolummodo Patribus Prouinciarum, ijs videlicet, qui Miniſtri Prouinciales fuerunt, & qui eorum exemptionibus legitimo titulo gaudent licere, habere quemlibet ſuum ſocium, qui eius perſonæ & cellæ curam habeat: Guardiani verò, qui permiſerint alium quempiam ſocium habere, ad arbitriũ ſuperioris puniantur. Socium habere ſolis Prouinciæ P. tribus liceat.

Ex eadem. conſuet. Poterunt tamen Miniſtri Prouinciales de conſilio Diſcretorum Conuentuũ ſocios deſignare fratribus, qui ſenectute, infirmitate, vel occupatione illorum miniſterio indiguerint, qui tempore ſilentij eorum cellas ingredi poſſint. Indigentibus ſocij à Miniſtro deſignandi.

Ex c. g. Seg. 1621. Famulum autem, ſiue ſæcularem, ſiue donatum, ad ſeruitium proprium deſtinatum nemini habere liceat, cuiuſcumque gradus, conditionis, vel qualitatis exiſtat, ſub actuum legitimorũ triennio priuatione eo ipſo incurrenda. Famulũ proprium nemini habere liceat.

Ex eadem. Quicumque frater habituali inualetudine grauatus, temporibus Aduentus & Quadrageſimæ carnes manducauerit, tamquam qui communem vitam ſequi non poteſt, inhabilis ad omnia Prælationis officia cenſeatur. Qui carnes in Aduẽtu & quadrageſima ex habituali neceſſitate veſcũtur ad officia inhabiles.

De repræſentationibus & veſtimentis extraneis.

Ex prim. Barch. CAueant fratres in feſto ſancti Nicolai, ſeu Innocentium, vel quibuſcumque alijs feſtis, ſolemnitatibus & occaſionibus veſtes extraneas Religioſas, ſeu ſæculares, aut clericales, ſeu muliebres, etiam ſub ſpecie deuotionis induere. Veſtes extraneas induere vetitum & veſtes Ordinis ſæcularibus accõmodare.

Ex eiſdem. Nec habitus, aut veſtes ordinis ſæcularibus pro ludis faciendis, aut ſimilibus vllomodo accõmodentur ſub pœna amotionis confuſibilis de Conuentu, & ſub pœna priuationis actuum legitimorum à fratribus eo ipſo incurrenda. Guardiani verò, qui conſenſerint,

ſerint, officio per ſemeſtre ſuſpendantur.

Comædiæ non repræſententur, nec permittantur.

Inhibemus præterea ne fratres ipſi comædias, nec tragædias, ſiue quaſcumque alias repræſentationes faciant. Nec in Conuentibus repræſentari à ſæculatibus Prælati permittant, ſecus facientes, per ſemeſtre ab officio ſuſpendantur. Ex Tolet. 1583.

Nec extra Conuentus videantur.

Et Fratres, qui extra Conuentum prædictis repræſentationibus frui contra præſens ſtatutum attentauerint, per annum ſint actibus legitimis priuati. Ex eiſdem.

Pro infirmis.

Infirmorũ ſeruitij s incumbendũ.

ORdinamus inſuper, quòd fratres infirmorum ſeruitijs deputati, ſtudeant cum diligentia & ſedulitate iuxta regulæ & charitatis præceptum eis ſeruire ac, ſeruiri facere & de cunctis neceſsitatibus prouidere, ſeu prouideri facere debeant, & hoc de communibus eleemoſynis niſi pro neceſsitate fratris infirmi eſſet diſtinctè aliqua eleemoſyna deputata. Ex prim. Barchin.

De hoc à viſitatoribus ſignanter inquirẽdum.

Viſitatores quoque in Prouincijs quas viſitant, de hoc articulo ſignanter inquirant. Et ſi aliquas Prouincias, vel Conuentus in hoc vitioſas inuenerint, fideliter veritatem ſignificent Capitulo, ſeu Congregationi generali. Ex eiſdem.

Guardiani & Vicarij infirmos freqnenter viſitẽt deque eorum neceſsitatibus curent.

Et cum Prælati arctiſsimo Regulæ præcepto teneantur, ſolicitam curam gerere circa infirmos fratres: Præcipimus, vt Guardiani, & eorum Vicarij perſonaliter & frequenter viſitent omnes infirmos, ab eis inueſtigantes, an infirmarij ſuum munus fideliter exequantur: & an omnia neceſſaria illis ſufficienter adminiſtrentur: & ſi prædicti infirmarij fuerint negligentes, à Guardianis puniantur. Ex Salmãt.

De Patribus grauioribus & ſenibus etiã curandum.

Eandem curam habeant Guardiani cum Patribus grauioribus & cum ſenibus, qui quamuis actu infirmi non ſint, ſpeciali cura ſunt illis omnia neceſſaria adminiſtranda. Ex Tolet. 1583.

Locus pro infirmis curãdis in ſin

Vt hæc autem infirmorum cura omitti non permittatur, decernimus vt nullus ſit Conuentus, qui Ex eiſdem.

non

non habeat locum vnum deputatum procurandis infirmis fratribus, quem nos infirmariam vocamus: cuius quidem loci curam habeat infirmarius. gulis Conuētibus deputandus.

Ex eiſdem. Si verò aliqui Conuentus ſint, qui commoditatem non habeant ad infirmos curandos propter populi nimiam diſtantiam, ad viciniores Conuentus cum diligentia fratres infirmi remittantur, Guardiani tamen ipſorum infirmorum curam diligentem, & ſolicitam habeant, vt omnia neceſſaria ſuis infirmis adminiſtrentur. Si Conuentus commoditate ad curādos infirmos careat, quid faciendum.

Ex eiſdem. Atque adeò præcipimus, vt nullus frater in domibus ſecularium curetur, niſi ex magna occurrente cauſa iudicio Prouincialis determinata: & Guardianus qui contra permiſerit, per ſemeſtre ab officio ſuſpendatur. In ſæcularium domibus nemo curādus ſub pœna.

Ex eiſdem. Et vt maiori cum commoditate infirmi curentur, præcipimus, vt infirmariæ ſupellectilia ab ea non extrahantur, etiamſi nullus ſit in ea tunc temporis infirmus, Guardiani autem, ſiue Vicarij qui ſecus fecerint, vel permiſerint, per bimeſtre ſuſpendantur ab officijs. Supellectilia pro infirmis ab infirmaria nō extrahātur ſub pœna.

Ex eiſdem. Et vt omnia prædicta ad infirmos ſpectantia debitum ſortiantur effectum, ſtatuitur, vt omnes Miniſtri Prouinciales, & Guardiani, & eorum Vicarij, qui in infirmorum cura fuerint negligentes, à Viſitatoribus Prouinciarum, vt crudeles, per biennium actibus legitimis priuentur. Guardiani & Vicarij negligētes quomodo puniendi.

De hoſpitibus.

Ex prim. Barch. FRatres omnes hoſpites recipiantur in viſceribus charitatis: maximè venientes de extraneis partibus, ac remotis. Hoſpites charitatiuè recipiendi.

Ex eiſdem. Et ſi quandoque fratres Prædicatores ad loca noſtra venerint, velut fratres noſtri ordinis benignè recipiantur, & charitatiuè, & ſeminantes inter eos, & nos cizaniam diſcordiæ grauiter puniantur. Fratres Prædicatores benignè ſicut noſtri hoſpitandi.

eis quibus fuerunt libri elargiti, quibus præcipitur in virtute Sanctæ obedientiæ, ſub pœna ex communicationis ipſo facto incurrenda, vt nullo modo vendant vel diſtrahant, per ſe, vel mediante Syndico, libros, quos ex decedentibus fratribus a Miniſtris ſuſceperint.

Libri particulariter repoſiti ad Bibliothecas redigendi.

Libri autem defunctorum, qui in Bibliothecis particularibus, ſiue in cellis fratrum, pro nunc depoſiti ſunt, etiam in communibus Bibliothecis reponãtur, vt ibi tutiùs obſeruentur, & inter cęteros earundem Bibliothecarum libros per inuentarium adſcribantur. Ex Segou.

Libri qualiter ex Bibliothecis extrahẽdi.

De licentia tamen Guardiani poterunt fratres ex duplicatis dumtaxat libros pro ſuis ſtudijs neceſſarios ex Bibliothecis ad cellas deferre, cum obligatione tamen ſcripto mandata eos reponendi in eandem Bibliothecã. Si quis verò vſurpare, aut diſtrahere auſerit libros ſic extractos ex Bibliothecis, eiſdem pœnis in Apoſtolica conſtitutione contentis omnino ſubiaceat. Ex Segou.

Quę à Guardiano diſtribuenda, & quæ Miniſtro ſeruanda.

Reliquas verò res defunctorũ parui momẽti Guardianus diſtribuat inter fratres, & ſi caſu res aliqua magnæ æſtimationis inuenta fuerit, Prouinciali Miniſtro diſtribuenda reſeruetur. Ex Tolet. 1583.

De veſtimentis.

Panni vilitas in quibus attendi debeat.

CVm Regula dicat, quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur, prout in ſtatuto S. Bonauẽturæ continetur, ſtatuimus & ordinamus: vt veſtimẽtorum vilitas attendatur, in pretio pariter, & colore: in omnibus autem, quæ ad habitum fratrum ſpectãt, ad imitationem Patrum noſtrorũ, ſemper in veſtimẽtis reluceat aſperitas, vilitas, & paupertas. Ex prim. Barch. ca. 5.

Forma caputij.

Ad maiorem autem vniformitatem inter nos cõſeruandam ordinamus, quòd latitudo caputij habitus noſtri, non tranſeat à lateribus conum iuncturæ humerorum, & quòd longitudo ipſius caputij à parte poſteriori, cingulum non excedat. Ex eiſdem.

Lon-

Ex eiſdem. Lógitudo verò habitus talis ſit, quòd fratris ipſum ferentis nullo modo excedat menſuram: latitudo autem vltra ſexdecim palmos nó protendatur ad plus, nec minùs, quàm quatuordecim palmos habeat niſi notabilis corpulentia alicuius in latitudiné am pliùs requirat, iudicio Guardiani. Longitudo autem manicarum cooperiat extremam iuncturam manuum, nec vltrà protendatur. Habitus

Ex eiſdem. Mantellos verò de panno vili, & humili fratres habeant, non rugatos circa collum, vel criſpos, nec vſque ád terrã per integrum ſaltem palmũ protenſos. Mantelli.

Ex eiſdem. Color vero tam habitus quàm mantelli ſit cineritius, prout frequenter in noſtris Capitulis declaratum exiſtit, & in ordine cenſuetum. Color cineritius.

Ex Cong. gen. Tolet. 1606. Fratres autem Hiſpani non alio panno, niſi eo qui vulgo *Sayal*, dicitur, induantur adeò, vt deinceps nullus habitus, vel mantellum fiat, niſi ex prædicto vili indumento: qui contra fecerit indumentis ſpolietur, & arbitrio ſuperioris puniatur; & Prælatus qui conſenſerit, per bimeſtre ſuſpendatur. Hiſpani panno, *Sayal*, induantur.

Ex Victoriam 1596. approbat. in cap. Gen. Ro. 1600. Omnes eadem forma, eodem modo eiſdemq; pannis eiuſdem pretij, & coloris in communi veſtiatur: nulliq; cuiuſuis qualitatis, vel conditionis, neq; Prælatis liceat ſub proprietatis, & priuationis officiorum pœna alio habitu, vel mantello vti, niſi eiuſdem pretij, & coloris quo fratres communitatis vtuntur, neque ſub prætextu eleemoſynæ ſibi ab aliquo in particulari, vt veſtiri poſsit elargitæ. Eodem panno eademque forma omnes fratres induẽdi.

Ex Ioann. 22. extra. quorum exigit. Et quia ſingularitates, & nouitates perniciẽ ſolent machinari, prohibetur iuxta Apoſtolicas ſanctiones, vt fratres non deferant habitus curtos, ſtrictos, & inuſitatos, & ſqualidos, ac nouitatis plenos, ſed in his ſtandum eſſe decernimus iudicio Prelatorum. Singularitas in habitibus vitanda.

Ex Tolet. 1583. & ex V. a. 1596. Et quia Miniſtri, & Cuſtodes tenentur iuxta regulam ſolicitam curam gerere de induendis fratribus, decernitur, vt Miniſtri ſuper Guardianos inuigilent, vt ſuos ſubditos debitè indui procurent ſingulis quotannis veſtimentum quo indiguerint, dantes, & Miniſtris, & Guardianis inuigilãdũ, vt fratres ſingulis annis induantur.

ſandalias, vel ſoleas, illis prouideant, ita vt fratribus cauſa non præbeatur veſtes contra regulæ puritatē conquirendi.

Deſides qualiter puniendi.

Si autem Miniſtri deſides in hoc reperti fuerint, Generalis Miniſter, aut eius Commiſſarius fratres indigentes primò indui cum effectu faciant: deinde Guardiani, & Prouinciales in Capitulo per bienniū voce actiua, & paſsiua priuentur. Ex eiſdem.

Guardiani non induantur, niſi omnibus indutis.

Item ordinamus, quòd Guardiani non poſsint indui de quacumque eleemoſyna, nec pannum recipere pro veſtitu donec omnibus fratribus ſibi ſubditis indigentibus fuerit ſufficienter prouiſum ſub pœna priuationis officij. Ex cap. Gener. Bardegalē. 1520.

Cum habitu dormiendum, ab eo caputium non diſſuendum.

Neque dormiant fratres vnquam ſine habitu, femoralib⁹, & chorda, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur: & quicumque repertus fuerit iacere ſine habitu, in terra coram fratribus ſine habitu in ſequenti prandio comedat, qua etiam pœna plectetur qui caputium ab habitu diſſutum portauerit. Ex prim. Barchi. c. 3.

Quæ veſtimenta fratribus ordinariè habere non liceat.

Miniſtri, & Cuſtodes, ac Guardiani grauiter puniant illos, qui inuenti fuerint non cogente neceſsitate portare capitergia, ſeu ſudaria circa collum, & almucia alba, ſiue rubea, ſiue de panno, vel detella, vel tunicellas ſtamineas. Ex eiſdem.

Camiſsis, vel linteaminibus vti vetitum ſub pœnis.

Seueriùs autem puniendos eſſe cenſemus camiſsis lineis vtentes, cùm ſit non ſolùm contra regulam, ſed etiam contra iuris diſpoſitionem, atque adeò quicumque abſque neceſsitate à Prælato diligenter examinata, & per Medicos noſtri inſtituti conſcios cum iuramento in manibus Prælati decreta, camiſſis, ſiue truncatis, ſiue manicatis, vel linteaminibus vtantur, voce actiua, & paſsiua priuentur: inhabileſque ad officia ordinis cenſeantur, & ſi admoniti non ſe correxerint tribus menſibus carceribus mancipentur Miniſtris verò præcipimus, vt ſuper hac re maximopere inuigilent. Ex ca. cum ad monaſt. de ſtatu monach. & ex Rom. 157. ex Tolet. 1583. ex Valliſolet. 1593. ex Tolet. 1606.

Culcitra in dormitorio ſicut linteamina prohibita.

Item fratres ſani in dormitorio culcitris, linteaminibus, ac puluinaribus de pluma non vtantur ſub pœnis à Prælatis iniungendis. Ex prim. Barch.

Quia

Ex Tolet. 1606.

Quia verò aliquibus religioſis neceſsitas concedit, vt lineis, & calceamentis vtantur, alijſque rebus quæ interdicuntur eis qui huiuſmodi non aſtringuntur neceſsitatibus, ideò præcipitur Guardianis ſub pœna priuationis à ſuis officijs, vt ſi temporalis Medicus, ſignificata ſibi obligatione regulæ, & ſtatus noſtri, ipſe iuramento interpoſito, declarauerit religioſum aliquem neceſsitate conſtringi ad vſum aliquarum rerum ex interdictis, Guardianus proprius teneatur illi omnino de talibus omnibus prouidere, & adhùc communitatis expenſis illius faciat lauari veſtes ita prorſus, vt dum ſuperfluum, & vitioſum vetatur, iuſtum, & neceſſarium miniſtretur.

Fratribus indigentibus lineis, & calceamētis Guardiani prouidere tenētur ſi de vera neceſsitate conſtiterit

Ex eiſdem. & ex cōſt. Ap. Clem. VIII.

Fratres verò talibus neceſsitatibus præpediti, cùm non valeant exequi rigorem vitæ communis, neque obſeruantiam regularis diſciplinæ, ad officia Prælatorum nullatenus debent promoueri iuxta Apoſtolicas ſanctiones, & Ordinis antiqua ſtatuta, quapropter Prouinciales Miniſtri ſpecialem horum fratrū in proprio libro rationem habeant.

Fratres talibus indigētes ad officia ordinis inhabiles.

Ex Tolet. 1583.

Et quia non ſolùm mala, ſed quæ ſpeciem mali habent, ſunt à nobis vitanda: præcipitur, vt deinceps nullam prorſus curioſitatem in veſtimentis fratres deferant, vt ſunt repuncta, & ornamenta nodoſa, quæ Græcè *Condili*, & vulgo *Votones*, appellantur, ex quacumque materia ſint.

Omnes curioſitates vitandæ.

Ex prim. Barch.

Cingulum habeant fratres, quod ſit chorda communis, & rudis, & omnis curioſitas ab ea penitus reſcindatur, & ea vtentes ſeuerè puniantur.

Chorda rudis.

Ex eiſdem, & ex Rom. 1612.

Habeant quoque calceamenta de corio in communi tantùm pro Miſsis celebrandis, & fratres pro Miſſarum celebratione dumtaxat calciari poſsint, aliàs minimè, iuxta regulam, & declarationem Papalē licebit eis calceamenta portare ſine Miniſtri, Cuſtodis, vel Guardiani licentia, quorum conſcientias oneramus, ne alicui calceamento vllo vti permittant, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur, tempore verò veris, æſtatis, & autumni nudis pedibus incedant omnes.

Calceamenta pro Miſſis dumtaxat celebrādis habeantur in communi alias minimè.

Pœnæ à cõtra facientibus ſubeundæ.

Qui verò ſecus calceamentum portauerit, actibus legitimis priuetur, & inhabilis ad officia habeatur: & ſi laicus, vel non Sacerdos fuerit, per annum ad nouitiatus ſtatum reducatur. Ex eiſdem, Rom. 1612.

Tonſura qualis, & quo tempore facię̄da.

Et quia tonſura ad honeſtum ornatum fratrum pertinere videtur, ſtatuitur, ne tonſuram deſuper aures, tam clerici, quàm laici ſibi fieri procurent. Ad quindenam autem ſemper omnes radantur, & ſit tonſura clericorum non modica (vt decet religioſos) ſcilicet, vt inter ipſam, & aures non ſint plures, quàm tres digiti. Ex prim. Barcki.

De ſecularibus non vexandis.

Ratione debiti nemo excommunicādus neq; vexandus.

Inhibemus præterea, ne aliquis noſtræ religionis Prælatus poſſit per ſe ipſum, neque per Syndicum, aut aliam quācumque perſonā facere, vt aliquis excommunicetur, detineatur, vel vexetur ratione debiti cuiuſcumque, ſeu aliorum bonorum temporalium, & ſecus facientes, vt proprietarij puniantur: ſubditi verò qui talia procurauerint, vltra proprietatis pœnam de Conuentu confeſſibiliter expellantur. Ex cap. Gener. Laualen. 505. & ex Tolet. 1583.

De depoſitis.

Depoſita præſertim pecuniarū, non recipię̄da.

Depoſita præſertim pecunarum in noſtris Conuentibus non ſeruentur, nec claues arcarum, in quibus denarij, vel res aureæ, vel argenteæ continentur, obſeruandas fratres accipiant, ſecus facientes, vt proprietarij puniantur. Ex Salmāt. c. 6.

(?)

DE

DE MODO INTERIVS conuerſandi. Cap. IIII.

De ieiunio.

Ex antiq. & ex prim. Barchin. c. 4.

CVm ſecundùm regulam teneamur, duas Quadrageſimas ieiunare, & intermedia ſuadeatur cum benedictione Dei, ex huius benedictionis amore ſtatuimus, quòd tali hora comedant fratres, quòd qui volunt ieiunare, non grauentur, ſcilicet hora ſexta. — In Quadrageſima intermedia opportuna hora comedendum.

Ex eiſdem.

Obſecrat tamen generalis congregatio, quòd omnes fratres in ipſa Quadrageſima intermedia, ſcilicet beati Franciſci in Conuentu ſint vna refectione contenti, ad amouendas multas deordinationes, & ad obtinendam benedictionem paternam, exceptis debilibus, & infirmis. — In eadem fratres vna refectione ſint contenti.

Ex eiſdem, & veteri, cóſuet.

Beatiſsimæ Virginis Mariæ, & Apoſtolorum, etiãque Aſcenſionis Dñi, ieiunentur vigiliæ intus, & extra (beatorũ Philippi, & Iacobi, Ioannis Euangeliſtæ, & Barnabæ tantùm exceptis) vigilia S. Bartholomæi ieiunetur, & feſtum fiat ſecundùm modum patriæ, vigilia beati Franciſci ieiunetur. — Quibus vigilijs per annum ieiunandum.

Tole. 1583.

Verùm cùm multa ſint oppida, & ciuitates, quæ ex voto, ſiuè deuotione, vel ex ſuorum maiorum conſuetudine plures ieiuniorum dies obſeruent: præcipimus, vt omnes noſtræ religionis fratres, etiam ſi extra mænia ſint conſtituti, eoſdem dies ieiunent, & Guardiani, qui oppoſitum fieri permiſerint, per bimeſtre ab officio ſuſpendantur. — Dies quos populi ieiunio obſeruant etiam fratres ieiunent.

De eſu carnium, & vita communi.

Ex antiq. & prim. Barchin. c. 4.

CIrca eſum carnium fratres temperatè ſe habeãt, & deſero in locis ſuis nullo tempore carnes comedãnt, exceptis infirmis, & hoſpitibus de nouo venientibus & niſi ex cauſa rationabili aliquando ſuperior videt erit diſpenſandum. — In eſu carnium tẽperantia commendatur.

De

De carnis abſtinentia cōſuetudo ſeruanda.

De non comedendo autem carnes in refectorio, aut in nonnullis feſtiuitatibus per annum occurrentibus, teneat quælibet Prouincia & Cōuentus ſuam conſuetudinem; vel faciant ſuper hoc iuxta ſuorum Præſidentium diſpoſitionem.

Ex prim. Barchin.

Prælati in vita communi cum fratribus omnibus ſe cōforment,

Rurſus ordinamus, quòd Miniſtri Cuſtodes, Guardiani, ac eorum Vicarij ſint cum fratribus in Conuētu, in Eccleſia, in menſa, & in cibis, veſtibus, & lectis, & quandiu fortes & ſani fuerint eiſdem fratribus ſe conforment, & vitam communem ſequantur, ſin minus officijs priuentur, & inhabiles ad alia cenſeantur iuxta Apoſtolicas ſanctiones & antiqua ordinis ſtatuta.

Ex prim. Barchin. & ex Roman. 1611. iuxta conſtit. Ap. Clem. 8.

Si infirmitate grauati non poterant, ab officio arcēdi.

Si verò infirmitatis cauſa id agere non poſsint, & infra quinque menſes non fuerit ſpes roboris & firmæ valetudinis in ipſis ad communem vitam ſequēdam ab officio omnino arceantur.

Ex eiſdem Rom. 1611

Fratribus neceſſaria pro victu miniſtrari curent.

Ordinamus etiam quòd Miniſtri & Cuſtodes ſolicitam curam gerant, quòd de eleemoſynis & rebus alijs, quæ obuenerint Conuētibus per Guardianum prouideatur moderatè iuxta eleemoſynarum & obuentionum huiuſmodi quantitatem in communi, ne fratres ipſi propter defectum communis & ſufficientis victus ſeorſum comedere, ac particulariter & inordinatè vitę neceſſaria ſibi procurare cogātur.

Ex prim. Barchin.

Subditi cōmunitatibus intereſſe compellendi.

Prælatis verò omnibus & ſingulis diſtrictè iniungimus, vt ſubditos omnes ſeuerè compellant vitam communem in omnibus ſeruare, & communitatibus intereſſe, à quibus nullum exemptum declaramus. Prælati qui in hoc ſegnes fuerint, à ſuperioribus ſuſpendantur, vel etiam priuentur pro negligentiæ modo ſuperiorum arbitratu.

Ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 1. ex Rom. 1611

In cella comedere vel cęnare nefas.

Et extra cōmunitatem ſine cauſa.

Nulli omnino cuiuſuis gradus, vel cōditionis exiſtat, in cella, ſiue alio loco extra refectorium liceat comedere, neque cænare, quod ſi vna vel altera vice dumtaxat neceſsitas vrgeat, in hoſpicio; ſiue infirmaria charitatiuè reficiatur, de licentia tamen Guardiani.

In c. 9. Segou. 162.

Guardiani autem diligenter caueant, ne ſine pia

Ex prim. Barchin.

&

& rationabili cauſa concedant fratribus extra communitatem licentiam comedendi.

Ex veteri conſuet. & ex Sal. c. 8.

Et ſecundùm antiquam Ordinis conſuetudinem decernimus ſolummodo Patribus Prouinciarum, ijs videlicet, qui Miniſtri Prouinciales fuerunt, & qui eorum exemptionibus legitimo titulo gaudent licere, habere quemlibet ſuum ſocium, qui eius perſonæ & cellæ curam habeat. Guardiani verò, qui permiſerint alium quempiam ſocium habere, ad arbitriũ ſuperioris puniantur.

Socium habere ſolis Prouinc. æ P. tribus liceat.

Ex eadem. conſuet.

Poterunt tamen Miniſtri Prouinciales de conſilio Diſcretorum Conuentuũ ſocios deſignare fratribus, qui ſenectute, infirmitate, vel occupatione illorum miniſterio indiguerint, qui tempore ſilentij eorum cellas ingredi poſſint.

Indigentibus ſocij à Miniſtro deſignandi.

Ex c. g. Seg. 1611.

Famulum autem, ſiue ſæcularem, ſiue donatum, ad ſeruitium proprium deſtinatum nemini habere liceat, cuiuſcumque gradus, conditionis, vel qualitatis exiſtat, ſub actuum legitimorũ triennia priuatione eo ipſo incurrenda.

Famulũ proprium nemini habere liceat.

Ex eadem.

Quicumque frater habituali inualetudine grauatus, temporibus Aduentus & Quadrageſimæ carnes manducauerit, tamquam qui communem vitam ſequi non poteſt, inhabilis ad omnia Prælationis officia cenſeatur.

Qui carnes in Aduẽtu & quadrageſima ex habituali neceſſitate veſcũtur ad officia inhabiles.

De repræſentationibus & veſtimentis extraneis.

Ex prim. Barch.

CAueant fratres in feſto ſancti Nicolai, ſeu Innocentium, vel quibuſcumque alijs feſtis, ſolemnitatibus & occaſionibus veſtes extraneas Religioſas, ſeu ſæculares, aut clericales, ſeu muliebres, etiam ſub ſpecie deuotionis induere.

Veſtes extraneas induere vetitum & veſtes Ordinis ſæcularibus accõmodare.

Ex eiſdem.

Nec habitus, aut veſtes ordinis ſæcularibus pro ludis faciendis, aut ſimilibus vllomodo accõmodentur ſub pœna amotionis confuſibilis de Conuentu, & ſub pœna priuationis actuum legitimorum à fratribus eo ipſo incurrenda. Guardiani verò, qui conſenſerint,

ſerint, officio per ſemeſtre ſuſpendantur.

Comœdiæ non repræſententur, nec permittantur.

Inhibemus præterea ne fratres ipſi comœdias, nec tragœdias, ſiue quaſcumque alias repræſentationes faciant. Nec in Conuentibus repræſentari à ſæcularibus Prælati permittant, ſecus facientes, per ſemeſtre ab officio ſuſpendantur. Ex Tolet. 1583.

Nec extra Conuentus videantur.

Et Fratres, qui extra Conuentum prædictis repræſentationibus frui contra præſens ſtatutum attentauerint, per annum ſint actibus legitimis priuati. Ex eiſdem.

Pro infirmis.

Infirmorũ ſeruitijs incumbendũ.

ORdinamus inſuper, quòd fratres infirmorum ſeruitijs deputati, ſtudeant cum diligentia & ſedulitate iuxta regulæ & charitatis præceptum eis ſeruire ac, ſeruiri facere & de cunctis neceſsitatibus prouidere, ſeu prouideri facere debeant, & hoc de communibus eleemoſynis niſi pro neceſsitate fratris infirmi eſſet diſtinctè aliqua eleemoſyna deputata. Ex prim. Barchin.

De hoc à viſitatoribus ſignanter inquirẽdum.

Viſitatores quoque in Prouincijs quas viſitant, de hoc articulo ſignanter inquirant. Et ſi aliquas Prouincias, vel Conuentus in hoc vitioſas inuenerint, fideliter veritatem ſignificent Capitulo, ſeu Congregationi generali. Ex eiſdem.

Guardiani & Vicarij infirmos frequenter viſitẽt deque eorum neceſsitatibus curent.

Et cum Prælati arctiſsimo Regulæ præcepto teneantur, ſolicitam curam gerere circa infirmos fratres: Præcipimus, vt Guardiani, & eorum Vicarij perſonaliter & frequenter viſitent omnes infirmos, ab eis inueſtigantes, an infirmarij ſuum munus fideliter exequantur: & an omnia neceſſaria illis ſufficienter adminiſtrentur: & ſi prædicti infirmarij fuerint negligentes, à Guardianis puniantur. Ex Salmãt.

De Patribus grauioribus & ſenibus etiã curandum.

Eandem curam habeant Guardiani cum Patribus grauioribus & cum ſenibus, qui quamuis actu infirmi non ſint, ſpeciali cura ſunt illis omnia neceſſaria adminiſtranda. Ex Tolet. 1583.

Locus pro infirmis curãdis in ſin

Vt hæc autem infirmorum cura omitti non permittatur, decernimus vt nullus ſit Conuentus, qui Ex eiſdem.

non

non habeat locum vnum deputatum procuran dis infirmis fratribus, quem nos infirmariam vo camus: cuius quidem loci curam habeat infirmarius.

gulis Conuētibus deputandus.

Ex eiſdem. Si verò aliqui Conuentus ſint, qui commoditatem non habeant ad infirmos curandos propter populi nimiam diſtantiam, ad viciniores Conuentus cum diligentia fratres infirmi remittantur, Guardiani tamen ipſorum infirmorum curam diligentem, & ſolicitam habeant, vt omnia neceſſaria ſuis infirmis adminiſtrentur.

Si Conuentus commoditate ad curādos infirmos careat, quid faciendum.

Ex eiſdem. Atque adeò precipimus, vt nullus frater in domibus ſecularium curetur, niſi ex magna occurrente cauſa iudicio Prouincialis determinata: & Guardianus qui contra permiſerit, per ſemeſtre ab officio ſuſpendatur.

In ſæcularium domibus nemo curādus ſub pœna.

Ex eiſdem. Et vt maiori cum commoditate infirmi curentur, præcipimus, vt infirmariæ ſupellectilia ab ea non extrahantur, etiamſi nullus ſit in ea tunc temporis infirmus, Guardiani autem, ſiue Vicarij qui ſecus fecerint, vel permiſerint, per bimeſtre ſuſpendantur ab officijs.

Supellectilia pro infirmis ab infirmaria nō extrahātur ſub pœna.

Ex eiſdem. Et vt omnia prædicta ad infirmos ſpectantia debitum ſortiantur effectum, ſtatuitur, vt omnes Miniſtri Prouinciales, & Guardiani, & eorum Vicarij, qui in infirmorum cura fuerint negligentes, à Viſitatoribus Prouinciarum, vt crudeles, per biennium actibus legitimis priuentur.

Guardiani & Vicarij negligētes quomodo puniendi.

De hoſpitibus.

Ex prim. Barchi. FRatres omnes hoſpites recipiantur in viſceribus charitatis: maximè venientes de extraneis partibus, ac remotis.

Hoſpites charitatiuè recipiendi.

Ex eiſdem. Et ſi quandoque fratres Prædicatores ad loca noſtra venerint, velut fratres noſtri ordinis benignè recipiantur, & charitatiuè, & ſeminantes inter eos, & nos cizaniam diſcordiæ grauiter puniantur.

Fratres Prædicatores benignè ſicut noſtri hoſpitandi.

Vltra tres dies hoſpites communitates ſeruent.

Ipſi verò hoſpites in locis vbi vltra tres dies morã traxerint, communitates omnes ſeruare teneantur, & dicant in Capitulo culpas ſuas, vt dicta culpa, acceptaque pœnitentia egrediantur. Ex eiſdem.

Hoſpitium pedes lauãdi, locuſque pro eis deputãdus, & frater.

Vt verò fratres omnes hoſpites maiora charitatis indicia experiantur: ordinamus, vt eorum pedes lauentur, & religioſa quadam refectione, ſeu collatione recreentur, & ideò nullus ſit Conuentus, qui non habeat hoſpitium, & fratrem vnum pro recipiendis hoſpitibus deputatum. Ex eiſdem.

Nec Sindones in lectulis, nec profana ornaméta in cellis, vel in menſis pe[r]mittãt Prælati.

Verùm Sindones non apponantur in lectulis: nec pro noſtrę Religionis Prælatis nulla ornamenta profana apponi permittantur, in lecto, & camera, & menſa, ſed ita ſuæ neceſsitati, & continuæ fatigationi ſuccurrere velint, vt honeſtas, & parſimonia in omnibus reſplendeant. Ex Tolet. 1583.

De communione.

Fratres nõ Sacerdotes Cõfeſſarios determinatos habeãt quibus bis in ſeptimana confiteãtur.

AD illud autem altiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum diligenter ſe præparent omnes fratres: & vt hoc meliùs fiat, ſtatuimus, vt ſinguli fratres, qui non ſunt Sacerdotes, determinatos de conſcientia Guardiani habeant Confeſſores, quibus bis ad minus confiteantur in qualibet ſeptimana. Ex prim. Barch.

Quibus diebus cõmunicare debent.

Verùm fratres non Sacerdotes de quindena in quindenam communicent, & in feſtis præcipuis intercurrentibus, in Quadrageſima verò, & Aduentu ſingulis Dominicis, & ſemper in Miſſa Conuentus, niſi remanſerint de licentia Præſidentis. Ex eiſdem, & ex veteri conſuet.

De hoc Guardiani ſint ſoliciti.

Et de hoc ſint ſoliciti Guardiani: vt per vtriuſque Sacramenti frequentiam ſanctæ conuerſationis in vtroque homine puritas obſeruetur. Ex eiſdem.

De otio.

Otium vitãdum, & ocioſi puniẽdi.

ITem, ad otium euitandum ordinamus, quòd clerici compellantur per ſuos ſuperiores in occupationibus, ſeu laboribus ſibi competentibus exerceri. Et Ex prim. Barch.

qui

qui inuenti fuerint notabiliter otioſi, vel vitioſi, per Miniſtrum, vel Cuſtodem voce actiua, & paſſiua priuentur.

Ex eiſdē. Quòd ſi ſuperiores in hoc fuerint negligentes, à viſitatoribus puniantur: qui diligenter inquirāt, qualiter hæc conſtitutio obſeruetur. Superiores neglientes in otio corrigendo puniantur.

Ex Tolet. 1583. Et cùm otium omnibus modis ſit vituperandum (præſertim in religioſis) ſtatuitur, vt qui à prædicationibus ceſſauerit, vel qui huius vitij ſiniſtram habeat opinionem, nullo pacto ad Ordinis officia promoueatur, cùm de otioſis religioſis meritò ſuſpicari liceat, quòd non habeant tutam conſcientiam. Otioſi ad officia ordinis non promouendi.

Ex Salmāt. c. 5. Porrò laboritia, & negotia, quæ ad honeſtatem non pertinent, & multo magis, quæ ad regulæ puritatem, vel regularibus inſtitutis quoquo modo aduerſantur, omnino prohibemus, præcipientes ne quis audeat chordas, vel aliud opus quodcumque manuum cuiuſcumque materiæ, ſiue facturę ſit, facere ſine licentia Guardiani, qui nulli eam concedat, niſi pro cōmodo communitatis, & pro eius vtilitate, ſecus autem opus facientes, ſi venale ſit, vt proprietarij puniantur, ſin minus in communitate diſciplina ſubiaceant dum Pſalmus Miſerere citatur, & ſi reinciderint, ſeueriùs ad arbitrium ſuperiorum plectantur. Nec chordas, nec aliud opus manuū ſine licentia faciendum.

De ſtudio.

Ex prim. Barchi. ex Clemētin. Ne in agro de ſtatu Monacho. ITem ſtatuimus, & ordinamus, ad præſtandum in ſcientia piè proficere volentibus, auxilium, & fauorem: quòd de cætero ſtudia in vna quaque Prouincia habeantur in locis per Prouinciale Capitulum ad hoc aſsignandis: per quæ ſtudia fratres in primitiuis ſcientijs, & in ſacra Theologia debitè inſtituantur: & ſuper hoc Miniſtri Prouinciales diligenter inuigilent, vt per Guardianum, & alios iſta conſtitutio debitum ſortiatur effectum. Studia in vna quaque Prouincia habenda.

Ex Rom. 1571. Quare Prouincia, quæ non habuerit tres ſaltem domos ſtudio literarum, Grammaticæ (ſcilicet) Quæ tria nonhabue-

Logicæ, & Theologiæ occupatas, careat nomine Prouinciæ, fiatq; Cuſtodia, & applicetur alicui Prouinciæ ex qua poſsit habere Prædicatores, Confeſſores, & Sacerdotes doctos.

Caſuũ conſcientiæ lectio in ſingulis Conuẽtibus habenda, & quomodo.

Ex Concil. Trid. Can. 1. ſeſſ. 5. ex Tole. 1583. ex Roma. 1587. ex Valli. 1591. & ex Rom. 1612.

Et cùm ſacrum Concil. Trid. præcipiat, vt in Conuentibus regularium, in quibus ſtudia cõmodè vigere poſſunt, Sacræ ſcripturæ lectio habeatur, ſtatuimꝰ, vt in ſingulis noſtræ religionis Monaſterijs ſit Theologiæ moralis lectio, in qua caſus ad conſcientiã ſpectantes doceantur ad quam omnes Sacerdotes in hora à Guardiano conſignanda conuenire debeant, ita vt ter per Hebdomadam ad minus proponantur caſus, Miniſtrique curent, vt negligentes in viſitatione pœnã luant, & Guardiani qui in hoc ſegnes fuerint pro prima vice quatuor menſibus, ab officio ſuſpendantur, pro ſecunda priuati officio maneant.

Quales ad ſtudia promouẽdi eiſque auxiliãdum.

Ex Salmãt. c. 5. & ex Valliſ. 1565. de mãdato D. Pij V.

Exhortamur verò omnes noſtræ religionis Prælatos, vt hi, qui ad ſtudia literarum aſſumẽdi ſunt, ſint in primis deuoti, & moribus conſpicui, ingenio pollentes, ætate non grãdeui: ijs autem, quos habiles, & ad ſtudia inclinatos inuenerint, opem omnem, & fauorem impendant, & libros, & omnia neceſſaria prouideant quatenus commodiù in ſtudijs ſciẽtiarum proficiant; eſt enim ſcientia donũ Dei, arma ad Fidẽ Catholicam defendendam, Ordinis decus, & populorum lumen, quapropter eius ſtudijs incumbentibus auxiliari omnino debemus.

Studentes, nec Prædicatores, nec ſæcularium Confeſſarij eſſe nec extra Conuẽtum mitti poſſunt.

Ex Toletã 1583. & ex Valli. 15[illegible]3. & ex Segou. 1621.

Interim tamen, quòd ſtudio literarũ va[illegible], inhibemus, ne inſtitui poſsint Prædicatores, & Cõfeſſores ſecularium, nec talia munera exercere, neq; pro eleemoſynis petendis, neque pro alijs fratribus ſociãdis, liceat Guardianis, ſub priuationis officij pœna eo ipſo incurrenda, ſtudentes extra Conuentum mittere in nullo tempore.

Neceſsitate vrgente quomodo mittendi.

Ex Segouia 1621.

Pro neceſsitate legitima, & vrgẽte tamẽ alicui ſtudẽti occurrẽte de cõſilio, & cõſenſu Diſcretorũ Cõuẽtus, & nõ aliter poterit Guardianus ad oppidũ in quo moratur licentiam eundi concedere cum ſocio tamen probatæ virtutis, qui non ſit ſtudens.

Ex Valliſ. 1593. Ad audiendam liberalium artium lectionem nemo admittatur, niſi priùs de Latinæ linguæ ſufficientia examine præhabito idoneus iudicetur: nec ad ſacrā Theologiam ediſcendam admittatur, niſi priùs de eius profectu in liberalibus diſciplinis præuio examine conſtiterit, & qui inhabiles reperti fuerint, omnino ſtudio priuentur, nec ad illud ampliùs admitti queant. Miniſtri verò Prouinciales qui hòc executioni non demandauerint per quatuor menſes ab officio ſuſpendantur. Non tranſferendi de vna ad aliā facultatē; niſi examinentur.

Ex Concil. Trid. ſeſ. 5. c. 1. ex Rom. 1587. Quantum verò ad Lectores attinet, ſtatuimus, vt digniores in Capitulo Prouinciali, vel Generali eligantur, vt apertè præcipit Concil. Tridentinum, nec ad Lectoratus officium quis admittatur niſi de ſciētia, & moribus per Miniſtrum, & Diffinitores examinatus, deque eorum voto, & aſſenſu. Lectores digniores deligñētur, qui & examinandi, & probandi.

Ex Rom. 1611. Nullum ſacrę Theologiæ ſtudium habeat plures, quàm duos Lectores, & Magiſtrum Scholaſticorū, niſi aliter ob pręcipuas cauſas Miniſtro, vel Commiſſario generali videatur. Duo dūtaxat in quouis Theologiæ ſtudio ſint.

Ex Tolet. 1587. Cęterùm, quia concertatio Scholaſtica inter Doctorē ſubtilē, & alios exorta, neq; inutilis, nec nocua, ſed omnino vtilis, & proficua, & Eccleſiæ, & Religioni noſtræ ſēper fuit, cū ingenia maximè acuat, Scholas nutriat, & veritatis diligētiùs vias inueſtigandę, aperiendo veritatem ipſam foueat, idcircò vniuerſis ſtudiorū Lectoribus pręcipimus, vt ſemper eiuſdē Doctoris ſubtilis doctrinā docere, & eius opiniones defēdere, atq; eius mētem accuratè explicare conētur. Scoti doctrina docēda, eiuſque opiniones defēndēdæ.

Ex Vltramont. c. 5. Etſi in ſacræ Theologiæ ſtudijs huiuſmodi aliqua etiā S.P.N. Bonauenturę verè Seraphici lectio haberetur, piè quidem, ac vtiliter actum ſanè cenſebitur. Ex S. etiā Bonauentura lectio habenda.

Ex Tolet. 1583. Monemus etiā eoſdē Lectores, quòd materias prolixas omnino relinquāt, quatenus tēpore lectionibus audiēdis præſcripto, ſtudētes generalē totiùs Scholaſticæ diſciplinæ cognitionē comparare poſsint, qui tractu tēporis, fuſiorē poſteà per ſeipſos Theologiæ ſciētiā aſſequi poterūt, prout multorū qui hanc formam ſeruantes clariſsima nobis extant exempla. Materiæ prolixæ relinquendæ, vt totius Theologiæ generalis cognitio comparetur.

Lecto-

Singulis tribus annis per ſeptem mēnſes lectioni incūbendum.

Lectores Theologiæ trium annorum ſpatio curſum abſoluere conentur, ſingulis per ſeptem menſes continuos lectionibus, manè vni, & veſperè alteri vacantes. In reliquis verò omnibus literarum exercitijs conſuetudines Prouinciarum obſeruentur. Ex Rom. 1612.

Artium Lectores per diffinitoriū probati, ad oppoſitionem conuocādi & quo modo inſtituendi.

Vt autem ad Artium lecturam ſemper digniores aſſumantur, omni prorſus perſonarum acceptatione ſemota, ſtatuimus, vt poſtquam in Capitulo vel capitulari Cōgregatione per Diffinitorium (vt iam cautum eſt) deſignati fuerint ij, qui magis idonei tum literis, tum maximè virtutibus pollere videantur ad oppoſitionem eiuſdem muneris conuocentur tempore & loco opportuno, qui coram Miniſtro, & duobus adminus Diffinitoribus, & totidem Lectoribus, vel iubilatis, vel actualiter Theologiam legētibus in oppoſitione, vt moris eſt, quiſque materiam ſibi propoſitam explicet, & ad argumenta ab alijs obiecta ſatisfaciat: quos autem oppoſitione peracta maior pars prædictorum Patrum idoneos præ cæteris iudicauerit, ij cenſeātur eo ipſo Lectores Artium legitimi inſtituti. Ex Rom. 158-. & ex c. g. Segou. 1621.

Quod ab ipſis legendū.

Lectores verò ſic inſtitutos, vtque ad ſacræ Theologiæ aditum neceſſaria videntur, trium annorum ſpatio doceant, & ad hoc eos auctores interpretandos ſuſcipiant, quos ad doctrinam Scoti, & commodiores, & aptiores eſſe cognouerint, id magnopere quidem cupimus, ac adeò mandamus. Ex cong. Metinen. 1560,

Ad iubilationē quot ann s lectioni vacandū.

Quia verò ex Apoſtolica ſententia duplici honore digni ſunt qui in Euangelio laborant, & B. P. N. Franciſcus eos præ cæteris & honore & veneratione dignos haberi voluit, qui aut Theologiæ, aut prædicationi incumbunt, veluti qui nobis ſpiritum & vitam adminiſtrant; propterea ſtatuimus, vt Lectores qui per tres annos integros Logicam & Philoſophiā ſiue in ſæculo, ſiue in Religione legerint, ac deinde duodecim continuis annis ſacram Theologiam ſine intermiſsione, publicè docuerint in Religione, vel qui quindecim annis continuis in Theologiæ lectionibus nauauerint, etiamſi Artes non legerint, ij de in- Ex Vallisoletan. 1593. Ex Rom. 1600. Ex Rom. 1612.

deinceps iubilati cenſeātur, gaudeantque voce acti-ua & paſsiua in omnibus Capitulis Prouincialibus, ac ſi eſſent perpetui Guardiani, præcedantque ſemper & vbique omnes qui non fuerint Diffinitores.

Ex Rom. 1612. Vt autem indultum huiuſmodi conſequi valeant, prædicti lectores tenentur ſingulis annis per ſeptem menſes, vt dictum eſt, abſque interpollatione vlla lectionibus vacare, varias ac diuerſas ſacræ Theologię materias legere, operamque diligenter cõſuetis exercitijs adhibere. Quanto tẽpore per annũ, & quomodo legẽdum.

Pro eiſdẽ. exc. g. Seg. 1621. Indultum autem huiuſmodi nemini concedendũ cenſemus, niſi priùs per teſtimonium ſcriptũ & ſubſcriptum à Guardiano & Diſcretis Conuentus ſtudij & eiuſdem Sigillo munitum conſtet, vno quoq; anno Lectores prædictos ſine interpollatione ſeptẽ menſibus legiſſe, aliaque, vt ſupradictum eſt, omnino compleuiſſe. Teſtimonio authẽtico conſtare debet de ſupradictis.

Ex Rom. 1612. Statuimus tamen, ne plures quàm oportet indulto huiuſmodi gaudeāt, quod pro ſingulis ſacrę Theologiæ ſtudijs duo dumtaxat iubilati exiſtant in quauis Prouincia quibus ſublatis ſiue per mortem, ſiue per promotionem, ad altiora munera (poſt quorum functionem aliunde & voto & præcedentia gaudere poſsint) tunc in eorum vicibus & locis ſubrogentur, qui iam ius iubilandi iuxta formam ſupradictã fuerint adepti, ſeruata inter ipſos ratione temporis quo quiſque legerit, quòd ſi pares reperiantur, habitus antiquitas præferatur. Non tamen in hoc numero computandos cenſemus Lectores iubilatos illos, qui hucuſque alio titulo, aliauè ratione, ea met voce & præcedentia potiuntur. Numerus iubilatorũ præſcribitur.

De præcedentia.

Ex Tolet. 1587. CVm diuus Paulus Ordinem ſeruandũ moneat, ideo ſtatuitur pro euitandis confuſione & abuſibus hucuſque circa præcedẽtiam inter fratres exortis, vt talis ordo præcedendi inuiolatè ſeruetur iuxta Ordinis ſtatuta. Ordo in cõſeſſu ſeruãdus.

In

Prælati actuales gradatim. | Ex veteri conſuet. & ex iure.

In primis inter Prælatos actuales primo loco ſedeant Generalis Miniſter, poſtea Comiſſarius Generalis, familiæ Commiſſarius, Viſitator Prouinciæ, deinde Miniſtri Prouinciæ, & tandem Guardianus Loci.

Qui Generales Prælati fuerunt. | Ex Salmát. c. 8. & ex veteri cõſ.

Poſt Prælatos autem ſedeant qui Miniſtri Generales, deinde qui Vicarij Generales per bienniũ fuerint; poſt quos ſequentur qui Commiſſarij Generales fuerunt, deindequi Vicecomiſſarij & Generales biennio extiterunt.

Commiſſarius Generalis Indiarum. | Ex Rom. 1587. & ex Bul. Sixti 5.

Poſteà ſequentem locum in conſeſſu habeat Cõmiſſarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici reſidens.

Officiales Curiæ actuales. | Ex conſt. Ap. Greg. 13. cõſueu.

Deinde Procurator & Commiſſarius Romanæ Curiæ, dum actu ſuis muneribus funguntur.

Diffinitores Generales. | Ex Salmát. c. 8. & ex conſuet.

Quos in conſeſſu ſequantur Diffinitores Generales, dum actualiter in eiſdem officijs perſiſtunt.

Miniſtri qui fuerunt in ſuis prou. | Ex Tolet. 1583.

Poſt prædictos, Miniſtri qui fuerunt in ſuis Prouincijs, primum locum habeant.

Qui officiales Curiæ extiterunt. | Ex Victor. 1596. Ex Rom. 1587. & ex c. g. Segou. 1621.

Deinde Procuratores & Commiſſarij Curię Romanæ officijs functi ſecundum locum in cõſeſſu habeant, ſi autem antequàm ad officia prædicta aſſumerentur Miniſtri Prouinciales fuerunt, cæteros qui eodem munere functi fuerint præcedere debent, ſin minùs, eos dumtaxat qui poſt eorum munerum functionem fuerunt Miniſtri in eadem Prouincia.

Qui diffinitores Generales. | Ex vltra mont. & ex c. g. Segou. 1621.

Deinde qui diffinitores Generales fuerunt, qui etiam ſi antea Miniſtri Prouinciales fuerũt, alios qui eodem munere functi ſunt præcedent, ſin minùs illos dumtaxat, qui poſt Diffinitoriatus munus expletum ad miniſteriatum ſunt promoti.

Qui Ordinis Secretarij. | Ex Rom. 1587.

Poſteà verò ij qui triennio Secretarij Ordinis fuerunt, videlicet Miniſtri aut Vicarij, aut Commiſſarij, aut Vicecommiſſarij Generales ſecundùm Bullam vnionis electi.

Qui Commiſſarij Generales in Indijs. | Ex Segou. 1621.

Deinde qui Commiſſarij Generales fuerunt in Regno Peruani & in noua Hiſpania & in India Orientali per triennium, dummodò in eiſdem mune-

ribus

ribus ſubeundis laudabiliter ſe geſſerint.

Ex Tolet. 1606. Poſteà ſedebunt qui Miniſtri Prouinciales in aliena Prouincia fuerunt. Qui in aliena Prouincia Miniſtri.

Ex Tolet. 1553. ex Victori. 1596. & ex Rom. 1612. Poſt quos conſeſſum habeant Diffinitores, & Cuſtodes actuales Prouinciæ. Diffinitores, & Cuſtos.

Deinde, qui in eadem Prouincia Diffinitores, & Cuſtodes extiterunt. Qui fuerunt.

Ex eiſdem, Victorian. Deinde Lectores iuxta ordinis ſtatuta iubilati. Iubilati.

Deinde ſedebit primus Lector ſacræ Theologiæ. Primus Lector.

Ex Vallſo. & Rom. citatis. Alij autem Lectores Theologiæ, & Prædicatores in tabula Capitulari deſignati, ſequentur ſupra memoratos in conſeſſu, ſeruata inter ipſos habitus antiquitate. Cæteri Lectores, & Prædicatores Conuétus.

Ex Victor. Ex Victor. Ex Victor. Lector Artium in minoribus Conuentibus cũ Prædicatore ſeruet habitus antiquitatẽ, in maioribus autem poſt Conuentus Vicarium ſedeat. Lector Artium.

Poſteà verò ſedeat Vicarius Conuentus. Vicarius.

Ex veteri conſt. Ex victor. Deinde, qui per duodecim annos Prædicationis munus exercuerunt frequenter non ſolo titulo, ſed in rei veritate, ita quod ad minus per ſex annos prædicationẽ principalẽ Conuẽtus ſuſtinuerint, de quo conſtare debet per Diffinitoris probationem ſcriptã, & ſubſignatã, ſi tamen à die ſuſceptionis habitus viginti quinq; annos in religione cõpleuerunt, iſti præcedere debent omnes qui quadraginta annos in religione non habuerint, Prædicatores autẽ, qui ſupradictis conditionibus ſemel præceſſerunt, ſemper præcedant, etiamſi alij non Prædicatores dictos quadraginta annos attingant poſteà. Prædicatoribus quomodo præcedentia cõcedenda.

Ex Victor. & ex veteri conſuet. Tandem reliqui religioſi iuxta cuiuslibet antiquitatem à die ſuſceptionis habitus mutuo ſe præcedãt. Reliqui fratres.

De loco autem vbi ſedere debeant Secretarius Prouinciæ, qui Guardiani fuerũt, Magiſter Scholaſticorum, Magiſter nouiciorum, & Vicarius chori, vnaquæque Prouincia prouideat. Quibus à Prouincia locus deſignandus.

Ex omnibus ſupra citatis. Animaduertendum tamen eſt inter officiorum, vel munerum dignitate pares antiquitatem à die ſuſceptionis habitus computandam omnino ſeruari debere. Habitus ratio inter pares ſeruanda.

De arborum inciſione.

Arbores ſine licẽtia incidere nefas.

PRæcipitur etiam omnibus fratribus, tam Guardianis, quàm ſubditis, ſub pœna priuationis actuum legitimorum per biennium, ne ſine ſcitu dicti Miniſtri, & licentia in ſcriptis obtenta, incidant aliquam arborẽ viridarij, aut Conuentus, ſeu nemoris ſiue fuerit fructifera, ſiue ad ornatũ. Miniſtri verò prædictam licentiam dare non debeant ſine Diſcretorum Conuentus aſſenſu. Ex Salmãt. c. 5.

De Confeſſoribus fratrum.

Cõfeſſores fratrũ à Miniſtris inſtituendi, & quales.

COnfeſſores fratrũ licèt inſtitui valeant à ſuis Miniſtris, decernimus tamen, inſtitui in poſterum non poſſe ante trigeſimum ætatis annum, & niſi fuerint priùs examinati de caſibus reſeruatis, & de cẽſuris Eccleſiaſticis, & Sacramẽtis Eccleſiæ, & de præceptis diuinis: & ſi aliter fuerint inſtituti, nõ cenſeantur idonei fratrũ Confeſſores ſuper quorũ inſtitutionẽ Miniſtrorum oneramus conſcientias. Ex Tolet. 1583.

In ætate qua ratione diſpẽſandum.

Si tamen contingat in aliquo Conuentu non eſſe fratres triginta annorum, in eo caſu poterit Miniſter alios Sacerdotes minoris ætatis inſtituere Confeſſores, dum tam n morum probitas ſuppleat ætatis defectum. Ex eiſdem.

De Sacriſtia.

Sacriſtia qualis eſſe debet.

CVm ſumma diligentia omnia curãda ſunt, quæ ad cultum, & ornatum diuinũ pertinere noſcũtur, præcipimus, vt in ſingulis Conuentibus ſit vnus deputatus frater, qui ſi cõmodè fieri poſsit, ſit Sacerdos diligens, grauis, & honeſtus cui Sacriſtia ſeruanda, & miniſtranda committatur. Ex eiſdem.

Regiſtrum, & liber in Sacriſtia habeantur.

In qua præcipimus, vt ſit regiſtrum eorũ omnium, quæ in Sacriſtia ad cultũ Dei cõtinẽtur, ſigillo, & ſubſcriptione miniſtri munitũ. Sit etiã liber in quo Miſſæ, & Officia omnia, quæ pro fidelibus celebrantur, annotentur: in viſitatione autem Miniſter, tam regiſtrum, quàm librum viſitare teneatur. Ex eiſdem, & ex Segouien. 1621

De Capitulo Conuentus.

Ex eiſdem Tolet.

ORdinamus, quòd Capitulũ culparũ ſingulis ſextis ferijs à Guardiano celebretur, niſi feſtum aliquod, vel impedimẽtum occurrat. In quo Capitulo culpæ, & negligentiæ quotidianæ cognoſcantur. Et ad regulæ obſeruantiam Guardianus admoneat, & præcauenda denuntiet, & benefactores recõmendet, eos præſertim, qui ſpeciales eleemoſynas eiſdem Conuentibus largiti ſunt.

Capitulum culparũ quã do, & qualiter habendum.

Ex eiſdem.

Et ſi Guardianus negligens in tenendis his Capitulis fuerit repertus, ita vt ſemel in menſe ſolemniter Capitulum non celebrauerit, per Miniſtrum Prouincialem ſuſpendatur ab officio per trimeſtre.

Guardianus negligens puniẽdus.

De ingreſſu mulierum in noſtris Conuentibus.

Ex D. Pij V. Bul. regularibus.

APoſtolica conſtitutione mandatum eſt omnibus mulieribus, cuiuſcumque qualitatis ſint, (videlicet Comitiſſis, Marchioniſſis, & Duciſſis,) ſub excommunicatione latę ſententię, poſtquàm prędicti mandati notitiã habuerint, quòd non ingrediantur Monaſteria quorumcunque regularium, & ſuperiores religionum, & cæteri omnes fratres eas admittentes, ſunt ipſo facto inhabiles ad officia omnia, & à diuinis ſuſpenſi, ſi prædictarum literarum Apoſtolicarũ notitiam habuerint.

Admittentes in interiora Conuentus mulieres quibus pœnis plectendi.

Ex Tolet. 1583.

Ideò præcipimus, vt nullus frater ſubditus, vel Prælatus prædictas mulieres ad noſtros Conuentus ſciẽter admittant, ſub pœnis in eadẽ Bulla contentis. Et ne quiſpiam huius Apoſtolicæ conſtitutionis ignorantiam prętendat: his conſtitutionibus ſupra memoratum præceptum inſerendum duximus.

Decretum Apoſtolicũ omnino ſeruandum.

Ex eiuſd. Põt. oracul. per D. Gre. XIII. probat ſup. ca. 10. Concil. vt habet in 4. tom. deciſ. Rotæ.

Verum Pius V. declarauit hoc, quòd proceſsionis cauſa, vel vigiliæ, Miſſæ, aut alterius officii ratione in clauſtrum, & loca regularia, aut funeraliũ cauſa poterunt mulieres ingredi, dum in eiſdem locis dicta pia opera exercentur, dummodo ad interiores domus officinas non admittantur.

Quando, & quibus de cauſis eas admitti liceat.

Item. Similiter quando diuinum Verbum proponitur in Eccleſia, vel quando propter aliam quamcunque cauſam eſt tantus concurſus populi, quòd commodè ingredi non poſſunt, & egredi per portam principalem Eccleſię: poterunt mulieres ingredi, & egredi per portam clauſtri, & regularium locorum, dummodo recto tramite accedant ad portam, qua exitur è Monaſterio. Ex eiſdem.

De incorporatione.

Quibus cõditionibus incorporandi.

NVllus incorporetur in aliena Prouincia, niſi ex licentia vtriuſque Prouincialis, vel Generalium Prælatorum: & poſtquàm in ea biennio ſaltem commoratus fuerit, conſenſus Capituli Prouincialis accedat. Quo diſſentiente, nulla alicuius Prælati licentia ſuffragetur, niſi Miniſter Generalis ex officio id effecerit: monemus tamen eundem Reuerendiſsimum Miniſtrum Generalem, ne id vnquam faciat, niſi magna, & notoria efflagitante ratione. Ex Tolet. 1583.

Non promouẽdi ad ordinis officia ante decimũ ann.

Nullus frater ex vna Prouincia in aliam coaptatus poſsit ad officia ordinis promoueri ante decimũ annum completum à prima receptione. Ex Rom. 1612.

Delinquẽs in eadẽ Prouincia puniendus.

Si quis iam incorporatus delictum aliquod commiſerit in ea Prouincia vbi eſt incorporatus, in ea iuxta delicti qualitatem puniendus eſt, nec ad aliam vnde venit ampliùs remittendus. Ex Vallis. 1593.

Incorporatus ſi ad propriã reuerti impetrauerit qua pœna afficiendus.

Quicumque in aliqua Prouincia incorporatus, ad ſuam reuerti impetrauerit, in ſuæ mobilitatis pœnam non recipiatur, niſi per bimeſtre caparonem portauerit: ſi autem de mandato Prælatorum pro vtilitate ſuæ Prouinciæ ad inſtantiam maximè Patrum eiuſdem Prouinciæ reuerterit, nulla afficiatur pœna. Ex Salmãt. c. 2.

(?)

DE MODO EXTERIVS conuerſandi. Cap. V.

De diſcurſibus.

Ex Tolet. 1583.

Quæſtus tẽ pore meſsis ne fiăt niſi vbi neceſsi tas coegerit ſub pœna.

VT diſcurſus vitetur, prçcipitur, vt nullo mo do quçſtus frumenti tempore meſsis pro cõ gregãdo tritico & hordeo, deinceps fieri per mittãtur, niſi in illis dũtaxat locis, in quibus per expe rientiã cõpertũ eſt, aliter fratres ſuſtẽtari nõ poſſe: & Guardiani qui ſecus fecerint, ipſo facto ſint ſuo offi cio priuati, at verò licebit, poſt per actam meſſem, oſtiatim triticum, & hordeum abſq; multi temporis ſtipendio petere.

Ex eiſdem.

Miniſtrorũ non corrigentiũ pœnæ.

Prouinciales verò, qui eoſdem Guardianos hanc conſtitutionem tranſgredientes, non correxerint, à Viſitatoribus Prouinciarum priuentur per annum voce actiua, & paſsiua.

Ex Vallis. 1593.

Quales religioſi tempore meſſis ad oppida mittendi & à Guardianis viſitandi.

Quia nimia cũ ſæcularibus cõmunicatio diſtractionis certiſsima eſt cauſa, præcipitur Guardianis, vt tẽ pore meſsis, ſi per aliquod tẽpus cõmorandũ ſit in oppidis, mittãtur religioſi probatæ vitæ, quorũ conuerſatio ſit in çdificationẽ populi. Hos autẽ bis teneã tur Guardianus per ſe, vel per aliũ viſitare, vt de eorũ vita, & cõuerſatione certior fiat. Quod ſi repererit aliquem deteriori exemplo per oppida vagari ſecundùm qualitatem criminis, carceri mancipetur.

Pro eiſde, ex cap. Gene. Segouie. 1621.

Non demorari vltra tempus neceſſarium Guardiani permittãt.

Guardiani verò, qui vltra tempus pro eleemoſynis petendis dumtaxat neceſſariũ permiſerint fratres ad eas exigendas Miſſas in oppidis commorari, officio priuentur, & Miniſter qui eos non correxerit, arbitrio ſuperiorum erit grauiter puniendus.

Ex Tolet. 1583. & ex Rom. 1587.

Ne mittantur fratres per alienas Prouincias.

Ordinamus, quòd diſcurſus inutiles (quantum fieri poſsit) à ſuperioribus cùm omni diligentia arceantur, abſtineantq; Miniſtri quantum in Domino poterunt à mittendis fratribus ad peregrinandum per alienas Prouincias, vt euitentur vagationes indignç, & alia inconuenientia multa.

Cùm

Extra Hiſpaniam fratres nō licētiandi ſub pœna.

Cùm experientia compertum ſit, tranſmigrationem fratrum in diuerſa Regna, quamplurima incommoda peperiſſe, præcipitur Prouincialibus Miniſtris, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per annum, vt extra Hiſpaniarum Regna vllo modo hanc facultatem ſuis Religioſis concedant, ſine conſenſu Miniſtri, vel Cōmiſſarij Generalis. Ex Valliſolet. 1593.

Extra Prouinciā fratres mittendi facultas Guardianis interdicitur.

Nec poterunt Miniſtri deinceps cōmittere Guardianis vt poſsint licentiare fratres nec teſtimonium eis præſtare, vt extra Prouinciam egrediantur, quare teſtimonia ipſorum Guardianorum pro ſubreptijs & falſis habeantur, eaque deferentes vt Apoſtatæ plectantur. Ex Tolet. 1583.

Extra guardianiā nec mittere, nec egredi licet

Nullus Guardianus audeat extrà limites ſuę Guardianiæ (quouis titulo vel prætextu) fratrē quempiā mittere ſine Miniſtri licentia, ſub pœna ſuſpenſionis per bimeſtre: frater verò, qui ſine licētia Miniſtri ſcripta extra terminos Guardianiæ quouis prætextu egredi auſerit, vt apoſtata & habeatur & puniatur. Ex Sal. c. 1.

Ad Curias Regum vel Principum, acceſſus prohibetur.

Pro nullo negotio ſiue cōmuni, ſiue particulari ad curias Regum, vel Principum vadant fratres, neque à ſuis Miniſtris, ſine Generalium conſenſu mittantur, ſed negotia omnia Commiſſarijs Curiarū expedienda commendentur. Ex Rom. 1571.

Ad Curiam Rom. temere accedentes qualiter puniendi.

Si quis in poſterum temerè, leuiue ex cauſa almā vrbem, ſeu Curiam Romanam abſque ſuperioris licētia adire præſumpſerit, cùm ex decreto Apoſtolico ad ſuos ſuperiores, vt ſeueriori pœna puniatur, remittendus ſit, decernimus quod vltra pœnas in Apoſtatas decretas, per annum ad ſtatum nouitiorum reducatur. Ex ordine Six. 5. à ſacra Congr. & ex ca. g. Seg. 1621.

Licētię Pręlatis localibus oſtendendæ.

Fratres verò ſuas Prouincias vel Conuētus, exeūtes Guardianis, vel Vicarijs Conuentuum, per quos tranſeunt, ſuas litteras vel licentias ſuorum Prælatorum oſtendere teneantur. Ex prim. Barchi.

ſine licentia à Conuentu recedens ab Ordinarijs puniendus.

Sine quibus autem licentijs in ſcriptis obtentis nullus frater à ſuo Conuentu recedat, alioquin ſecundùm Concilium Tridentinum & Apoſtolicas ſanctiones Ex Tolet. 1587. & ex Conc. Trid cap. 4. de regul. ſeſſ. 25

ctiones ab Ordinarijs locorum tãquam deſertor ſui inſtituti puniendus erit, & tamquam ſuſpectus grauium criminum tamdiu ſub cuſtodia detinendus, donec certa de eo noticia habeatur, etiam ſi prætextu ad ſuos ſuperiores accedendi fuerit egreſſus.

Ex prim. Barch. ex Salmant. & Tolet. eiſdẽ & ex Cóſ. Ap. Sixt. 5. ad Rom.

Licentiæ à Prælatis localibus exigendæ, ſine quibus nullus recipiẽdus.

Guardiani verò, & eorum Vicarij à fratribus quibuſcumque ad ſuos Conuentus diuertentibus, licentias, vel literas ſuorum Prælatorum exigere tenentur, ſine quibus neque pietatis vel hoſpitalitatis prætextu poſſunt quempiam recipere, niſi ita cognitus ſit, vt de eius perſona nullus omnino dubitationi aut ſuſpicioni locus relinquatur, vt Apoſtolica ſanctione cautum eſt ſub vocis actiuæ & paſsiuæ, necnõ officiorum graduum & honorum obtentorum priuatione, atque inhabilitate perpetua ad illa & alia obtinenda.

Ex Tolet. 1583.

Qui ſine licentia venerit remittendus, nec tẽpore expleto retinendus.

Si quis abſque licentia acceſſerit, ad ſuum Prælatum remittatur; ſi autem cum licentia ad tempus venerit, expleto tempore, ampliùs remanere nõ poſsit, neque Guardianus eum detinere, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per bimeſtre.

Ex Pariſiẽ. 1579.

Termin. Cõuentus pro eleemoſynis haud tranſgrediẽdi.

Nullus Guardianus ſiue frater exeat terminos ſui Conuentus, pro colligendis eleemoſynis in terris alterius, niſi de cõſenſu Guardiani, loci ſub pœna Guardiano ſuſpenſionis ab officio per bimeſtre, ſubditus verò vt apoſtata puniatur.

Ex Valliſo. 1595.

A Conuentu compoſito nemini ad aliũ trãſferri licẽt procurare.

Si quis fratrum extra Capitulum vel Congregationem, (compoſito iam Conuentu à Miniſtro Prouinciali, & numero fratrum præfixo,) licentiam obtinuerit ſua petitione & inſtantia de alio in alium Cõuentum habitandi, locum inferiorem habebit, omnibus ſacerdotibus & voce actiua & paſsiua per tempus à Miniſtro Prouinciali taxandum, priuatus exiſtet.

Ex Salmãt. c. 1.

Recedendi licẽtiam reuocari procurans puniendus.

Quicumque acceptam de Conuentu in alium recedendi ſuperioris licentiam, ſæcularium medio, ſiue fauore reuocandam, procurauerit, arbitrio Prælati plectatur, & veluti loci appropiator ab eo Cõuentu ſtatim amoueatur.

Qui

Licentia vltra duos menſes nullatenus.

Qui autem à Generali ſiue Prouinciali licentiam ſiue intra, ſiue extra Prouinciam eundi obtinuerit, eã infra duorum menſium ſpacium executioni demandare teneatur, quo termino tranſacto, licentia eiuſmodi nulla ſit, ac propterea qui ea vti præſumpſerit apoſtaſiæ notam incurrat. Ex eiſdem.

Generalis Prouincia li & Prouinciales, Guardiano licentia oſtendẽda.

Etiam Apoſtaſię notam incurrit, qui cuiuſuis obedientiæ, aut licentiæ à ſuperioribus Prælatis obtentæ prætextu, aut Conuentus, aut Prouintię limites egredi præſumpſerit, niſi prius aut Prouinciali Generalis licentiam, aut Guardiano Prouincialis obedientiam oſtenderit & ab eo recedendi benedictionem acceperit: quòd ſi Prouincialem in remotis agere cõtigerit & negotium pro cuius expeditione iter facturus eſt vrgeat, & Guardiani iudicio dilationem non patiatur, tum eidem licentiam eiuſmodi coram teſtibus oſtendat, & Prouincialem ipſum de ſuo receſſu per literas admoneat, licentiæ copiam ei remittens, porro vt primùm in Prouinciam redierit, Prouinciali reditum ſaltem per literas ſignificet. Ex eiſdem.

Literæ teſtimoniales quocũque ituris dãdæ.

Fratribus autem ad alia loca tam intra quam extra Prouinciam ituris literæ teſtimoniales dentur cum termino temporis præfixum ſecundùm diſtantiam, viarum & diſpoſitionem mittentium & qualitatem euntium. Ex prim. Barchi.

Dies diſceſſus & acceſſus in licentia notãdus.

Vt etiam multis abuſibus & periculis occurratur, ſtatuimus, vt quo die quiſque diſceſſerit, & quo itẽ acceſſerit ab eiſdem Conuentuum ſuperioribus in ea ipſa facultate diſcedendi, & accedendi fideliter notetur. Si ſecus fecerint Prælati ab officio ſuſpendantur per menſem, & ſubditi ſicut apoſtatæ plẽctantur. Ex veteri conſuet. & ex vltram. cit.

Cuiuis Conuentũ eggredi ſine licentia nefas.

Caueant quoque fratres ne Conuentum exeant ad negociandum in villa, oppido, vel ciuitate in quibus morantur ſine licentia Guardiani, verbo tenus conceſſa, alioquin vt apoſtatæ puniantur. Ex Tolet. 1583.

Neque Patribus licèt niſi ijs qui Generales fuerunt.

Nullùs etiam Patrum cuiuſque ſtatus, ſiue conditionis fuerit Conuentus ſepta quocumque in euentu abſque licentia à loci Guardiano petita & obten Ex Rom. 1587.

ta eggre-

ta egredi præſumat, exceptis tamen patribus qui Miniſtri, vel Commiſſarij Generalis munera obierint, qui ob functi muneris dignitatem abſque licentia cum ſocio electo, ſiue aſsignato extra Conuentum egredi queant.

Ex Tolet. 1583. Nec vltra præfixam horam morentur fratres, nec ſerò vnquam redeant, videlicet, poſtquàm lector menſæ à pulpito in cœna deſcenderit, vel ſi fuerit dies ieiunij, poſtquàm campanella ad collationem fuerit pulſata, & qui in hoc fuerint defectuoſi, pro prima vice ſubeant pœnitentiam in pane, & aqua; pro ſecunda per menſem, pro tertia per annum egredi non valeant, incorrigibiles verò perpetuò priuentur facultate exeundi extra Conuentum. Vltra horã præfixam ec deuntes puniendi.

Ex cap. Gen. Montisluccij 1467. Nullus frater ſine ſocio fratre Conuentum exeat, vel alicubi ſine illo commoretur, nec id à Prælatis permittatur. Fratres ſoli non mittantur.

Ex Tolet. 1583. Inhibemus rurſus, ne fratres ad funeralia extra Conuentum exeant, nec ad alia officia peragenda, niſi tantum in illis locis in quibus eo vſque conſuetudo hæc inuexit, quòd non poſsit ſine nota, & ſcandalo aboleri. Ad funeralia non exeant niſi, &c.

Ex eiſdem. Tamen in feſtis præcipuis, in quibus ſi fratres abſint diuini Officij ſolemnitas in noſtris Conuentibus, non poteſt commodè celebrari, inhibemus, ne fratrum turma exire poſsit ob ſupra memoratas occaſiones, niſi propter regia obſequia, vel propter alicuius Prælati, vel Domini temporalis funeralia. Maximè in feſtis præcipuis niſi, &c.

Ex prim. Barch. Fratres non comedant, nec bibant in villis, caſtris, vel ciuitatibus, in quibus morantur, niſi cum dominis terrarum, & Prælatis, & viris religioſis in domibus eorundem, nec interpretatiuè quilibet cenſeatur Prælatus, aut dominus terrarum, ſecus facientes ſubeant pœnitentiam in pane, & aqua. Niſi cũ dominis, vel Prælatis, vel religioſis non comedẽdum.

(?)

De equitando.

Non equitandū ſine manifeſta neceſsitate à Prelatis iudicanda.

Ex regul. & eius declar. Ap. & ex prim. Barchi.

TOllatur quoque abuſus æquitandi, præterquàm in caſu neceſsitatis, vt regula concedit, attētis tamen verbis S. Bonauēturæ, in ſua declaratione ſuper hoc paſſu dicentis: Fratres non debere equitare, nec bigare, nec quadrigare, niſi manifeſta neceſsitate per Miniſtrū, vel Cuſtodem, vel in eorum abſentia per Guardianum, vel eius Vicarium de conſilio Diſcretorum iudicanda.

In eius iudicio quæ conſiderari debent.

Ex regulæ expoſitoribus.

In iudicio autem talis neceſsitatis attendendum eſt, iuxta regulæ expoſitionem communiter receptam, quòd non ſolùm ſit neceſsitas ipſius fratris corporalis, ſed etiam negotij, quod ſe offert tractandum, ita vt non ſit voluntarium, ſed neceſſarium, & præciſum, vel Conuentus vtilitatem, ſiue proximiorum profectum concernens, aliter verò non liceat fratribus equitare.

Qādo Minıstris equitandi licentiam concedere licet.

Ex Toletj 1583.

Verùm, ſi negotium occurrat, totum ordinem concernens, vel ad aliquam Prouinciam, vel ad miniſterium Prouincialis pertinens, in tali caſu Miniſter Prouincialis ſolus poterit licentiam æquitandi præſtare.

Equitantes per oppida qualiter puniendi.

Ex eiſdem.

Quicumque equo, curru, vel quocumque iumento per publicas vias ciuitatum, aut oppidorum negotietur, vel deambulet, pœna carceris puniatur, & ad omnia Ordinis officia inhabilis eo ipſo declaratur, quia hoc ſcandaloſum eſt, & regulæ noſtræ contrarium.

Sine Guardiani & Diſcretorū teſtimonio facultas equitandi non danda à Miniſtro.

Ex eiſdem.

Et quoniam abuſus æquitandi, in noſtrum Ordinem cum ſæcularium ſcandalo, & proborum religioſorum lamentis inoleuit, præcipitur, vt nullus Prouincialis Miniſter poſsit, pro alijs negotijs cuicumque fratri licētiam equitandi pręſtare, niſi priùs Guardiani, & maioris partis Diſcretorum ſui Conuentus teſtimonium ſcriptum, & authenticum pręcedat de illius fratris vera neceſsitate.

In Miniſtri abſen-

Ex eiſdem.

At verò ſi prædictus Miniſter abſuerit ab eo Conuen-

Conuentu, Guardianus loci, cum conſenſu omnium Diſcretorum,(nemine diſcrepante,)eandem licentiam præſtare poterit; quorum omnium conſcientiam in hac re oneramus.

tia quid faciendum.

Ex eiſdem. Si autem aliter prædicta licentia,fuerit concesſa, Miniſter Prouincialis in Capitulo ſequenti careat voce actiua, & paſsiua, in Diſcretorio, & Diffinitorio,Guardianus verò ipſo facto ſit à ſuo officio priuatus.

Prælati ſecus fac entes punian tur,& qualiter.

Ex eiſdem, & ex Cap. Gene.Carpent.1521. Is verò qui ſine prædicta licentia inſcriptis ſubſcripta,& ſigillata,auſus fuerit,equitare,voce actiua, & paſsiua, per biennium priuetur, & Guardianus Conuentus, ad quem remeauerit, teneatur ſub pœna ſuſpenſionis per ſex menſes,ipſum fratrem in communitate flagellis cædere, & in domo diſciplinæ tribus diebus recludere.

Sine licẽtia equitãsquo modo puniendus.

Ex Tolet. 1583. Nullus præterea,dum iter peragitur,burſarium ſecum deferat,ſub pœna priuationis actuum legitimorum,quòd ſi vrgente neceſsitate,iter peragi non valeat ſine ſubſidio pecuniarum, nullus frater poſsit burſario vti,niſi cum illis conditionibus,quę ſunt ad æquitandum neceſſariæ.

Burſariũ deferre itera-gẽtib' s interd.citur.

De monialium Monaſterijs.

Ex eiſdem, & ex Cõc. Tridẽ. c.5. de reg.ſeſ. 25. CVm non ſolùm ſecundùm regulam prohibitus nobis ſit ingreſſus ad Monaſteria monialiũ, ſed etiam in Concilio Tridentino lata ſit ſententia excõmunicationis, ipſo facto incurrenda,contra ingredientes intra ſepta monaſterij monialium: declaramus, omnes intrantes ad quamcunque partem,ad quam moniales accedere poſſunt, eſſe excommunicatos.

Intrantes vbi Moniales accedere poſſunt excommunicantur.

Ex eiſdem Tolet. Intrantes verò Conuentus religioſarum in cõmuni viuentium,(quę Tertiarię appellãtur,)ſunt apertè

Ex Salmãt. c. 11.& ex ſacr. Cong. decret. de mandat.D. Sixt.V. regulę noſtrę tranſgreſſores,&vt tales ſunt puniẽdi.

Conuentus Tertiariarũ intrãtes puniendi.

Immò ad loca exteriora quarumcunque Monialiũ accedere nõ poſſunt fratres,niſi pro eleemoſyna petenda,ſacris faciendis,ſiue monialibus confitendis:& tunc

Ad exteriora quando, & quomodo accedere liceat.

tunc de licentia Miniſtri, vel Guardiani, qui ſecus acceſſerit vna diſciplina in cõmunitate puniatur, neque ad ea munera cũ licẽtia accedẽtibus liceat, monialibus alloqui, vt Apoſtolica ſanctione cautum eſt.

Ad colloquendum cum monialibus ſine neceſſitate licentia fratrib' non danda.

Ad colloquendum autem cùm monialibus, neque Miniſtri generales ſine legitima cauſa poſſunt fratribus licentiã concedere ex mandato Apoſtolico quapropter præcipitur Miniſtris Prouincialibus, & in eorum abſentia Guardianis, vt nullam licentiam colloquendi cùm qualibet moniali, fratribus concedãt, niſi cauſa iuſta, & rationabilis vrgeat per eundẽ Miniſtrum, vel per Guardianum, & Diſcretos Conuentus examinata, quòd ſi ſecùs fecerint ſuis officijs priuentur.

Ex Valliſ. 1565. demãdat. D. Pap. Pij IIII. & ex Tolet. 1565.

Pro vna dũtaxat vice concedẽda.

Neque ſuperioribus liceat generaliter, nec pro pluribus vicibus, ſed pro vna dumtaxat talem licentiam concedere, ſub pœna ſuſpenſionis à ſuis officijs per ſex menſes.

Ex Tolet. 1606.

Sine licẽtia Abbatiſſæ exhibita loquentes puniendi.

Fratres verò, qui ſine prædicta licentia, colloqui auſerint cũ quauis moniali, actibus legitimis priuentur, teneanturq; ſub eadẽ pœna licentiã prædictam exhibere Abbatiſſæ, ſiue Præfectę Conuentus, ſine cuius facultate, & aſſenſu non licet monialem colloqui.

Ex eiſdem. & ex Salmã. c. 11.

Priuatæ amicitiæ omnino prohibentur.

Qui autem amicitias vllas priuatas cùm vllis cuiuſcumque ordinis monialibus ſub deuotarum, vel ſimilium nominum nuncupatione contraxerit, vel contractas continuauerit, ſit ipſo facto priuatus actibus legitimis per decennium, & inhabilis ad omnia ordinis officia, prout etiã de mãdato Apoſtolico cautũ eſt, etiamque à loco relegetur in perpetuum.

Ex Pariſ. 1579. demãdato D. Gregor. XIII. & ex Rom. 1600.

Confeſſoribus, & eorum ſocijs maximè.

Si verò in hoc ipſo crimine priuatæ amicitiæ cum monialibus Confeſſarius, ſiue eius ſocius delinquerint, vltra prædictas pœnas, ab officijs priuentur, & à Conuentibus ejciantur.

Ex Segoui. 162.

In domibus monialium comedere vetitum.

In domibus autem Monialium comedere, neque cum earum Confeſſarijs, etiam in diebus feſtiuis nulli fratrum liceat ſub pœna priuationis actuum legitimorũ per ſexenniũ, exceptis tamen feſtibus principalioribus, in quibus Prædicatores, & altaris Miniſtri dumta-

Ex Salmãt. ca. 13. & ex Rom. 571. & ex decr. ſacr. Cong. de mãd. D. Six. 5. 1590.

dumtaxat poterunt comedere in Conuentibus ſolummodo, in quibus talis vigeat conſuetudo, propter nimiam à noſtris locis diſtantiam.

Ex eiſdem Salm. & ex cóſt. Greg. XIII. du-bi quæ e-mergunt.

Prælati ingredientes cumquibus & qualibus comitandi.

Cùm autem, aut Capitulum celebrandi, ſiue clauſuræ inuiſendæ, aliave vrgenti de cauſa, tùm generales, tùm Prouinciales ingreſſuri fuerint, probatiſſimos viros ſecum ſocios ducere velint omni ſuſpicione carentes, numero non plures quinque Generales, tribus verò Prouinciales.

Ex eiſdem Salmant.

Occupatione finita ſine mora egrediédum.

Neque fratribus licitè intrantibus, neque Prçlatis ad ſua munera ſubeunda ingredientibus, intra ſæpta Monaſterij liceat demorari, neque intra manducare, ſed occupatione finita, egredi teneantur ſub pœna priuationis ſuorum officiorum Prælatis: cæteris verò actuum legitimorum ſubeunda.

Ex eiſdem.

Non ſeparentur ab inuicem.

Illud autem omnes, & ſinguli inuiolatè ſeruent, vt nunquam abinuicem, ita ſeparentur, quo minus ſe mutuo videre, ac videri facilè poſsint, quos etiam moniales ad id ſpecialiter ex antiquioribus deputatæ, cum earum Præfecta ſemper comitentur, & eiſdem aſsiſtant.

Pro eiſdem ex veteri conſu.t.

Dum Capitulum celebratur à Prælato eius ſocij qualiter ſe habere debent.

Interim autem dum Capitulum culparum celebrauerit, fratres, quos ſecū introduxerit Prælatus, maneant cùm duabus Diſcretis, ſiue zelatricibus Conuentus à Prouinciali deſignatis, quæ nunquam ab eiſdem ſeparentur fratribus, quibus nec licebit cùm nouitijs loqui, neque per domum diſcurrere.

Ex Conci. Trid. & ex cóſt. Pij V. & Gregor. XIII.

Ingrediédi facultas vrgéte neceſſitate perſonis probatis concedéda.

Caueant Miniſtri omnino, ne facultates ingrediendi intra Monaſteriorum ſepta concedant, niſi in caſibus vrgentis neceſsitatis, atque perſonis virtute, & honeſtatè probatis, prout non tantùm ſtatutis Ordinis, ſed etiam maximè ſacris ſanctionibus cauetur, ſub pœnis in eiſdem contentis.

Ex cap. Ge. Segouienſ. 1621.

Religioſi pro confeſſarijs comitádis aſſignentur.

In Conuentibus tamen noſtris, quibus monialium Monaſteria ſunt adſcripta, Miniſtri religioſos quoſdam maturæ ætatis, virtute quidem, & honeſtate probatos aſsignent, qui dumtaxat confeſſarios comitentur, cum ingrediendi neceſsitas euenerit.

Nec Guardiano ingredi, nec alios ad id deſignare licet, neque confeſſori.

Nec tamen Guardiano cuipiam ingredi, nec alios deſignare, neque confeſſarijs cum alijs, niſi cum aſsignatis à Miniſtro Prouinciali, ingredi liceat, ſub pœna priuationis ab eorum officijs. Ex eadem.

Nemo in Monial. Cõuentus ſine Prælati licẽtia prædicet.

Item in omnibus Conuentibus Monialiũ promulgentur, & executioni mandentur Apoſtolicæ literæ Clementis Octaui felicis recordationis, prohibentes quemlibet, qui non ſit ex noſtro Ordine, in prædictis Conuentibus habere concionem abſque expreſſa licentia Prælatorum, ſi quæ tamen ab ipſis fuerint adhoc conceſſæ facultates reuocantur. Ex Tolet. 1606. & ex conſt. Ap. Clemen. 8.

Nulla dos vel cenſus cõſumatur ſub pœna.

Item, ſub pœna priuationis officij ipſo facto prohibetur Miniſtris Prouincialibus, ne vllomodo diſpenſare audeant, vt dos aliqua, vel cenſus, vel pars illius in aliquam neceſsitatem Conuentus expendantur, ſed quod omnino dotes, omnes, & cenſus, qui redẽpti fuerint, in annuos redditus conuertantur. Ex eiſdem. Tole. 1606.

De Confeſſoribus Monialium.

Confeſſarij Monialium in Capitulo eligendi & quales.

Singulis Monialiũ Monaſterijs in Capitulo Prouinciali confeſſores præficiãtur viri quidẽ ætate graues, qui nimirum ad quinquageſimum annum, vel circa appropinquent, & in Religione vigeſimum excedant, virtute præditi, ſacrorum Canonum ſcientia periti, & iam ad ſæcularium audiendas confeſsiones, conſtituti, quibus etiam ſocij & ætate, & virtute pares aſsignentur. Ex Salmãt. ca. 11. & Ex Tolet. 1583.

Ipſi & eorũ ſocij qualiter Guardianis ſubijciãtur.

Confeſſarij ſiue Vicarij Monialium, qui votum in Capitulis Prouincialibus non habẽt, & eorum ſocij Guardiano eius Conuentus cui adſcripti ſunt, præterea quæ ad eorum officium ſpectant, in cęteris omnibus ſubiecti ſint, ſine cuius ſpeciali conſenſu inde proficiſci, aut ad alia loca ire non liceat, & ad capitula Conuentus accedere teneantur. Ex veteri conſuet. & ex vltram c. 11.

Neque in Regimine, neque in electionibus ſe intromittant.

In Monaſteriorum Regimine, aut in electionibus, quibuſuis nullatenus ſe confeſſores, vel eorũ ſocij intromittãt, ſub pęna priuationis, & amotionis, nec vltra trienniũ in eodẽ Cõuentu continuari poſsint. Ex c.g. Toloſano 15 & ex Salm. c. 11.

Sub

Ex coſtit. Pij 4. & ex Salm. c. 11.

Sub Anathematis pœna & maledictionis æternæ ſupplicio, & actibus legitimis perpetua priuatione, atque etiam à Conuentibus & officijs amotione, omnibus & ſingulis Monialium confeſſarijs conſultò inhibemus ingreſſum intra ſepta Monaſterij Monialium, prout Apoſtolicis decretis vetitum eſt, niſi in caſibus ex Regula & eiſdem Apoſtolicis ſanctionibus præſcriptis, & tunc cum ſocio vel alio Religioſo à Miniſtro deputato, finitoq; miniſterio, ſtatim egredi ſine mora teneantur.

Ingredi cōfeſſarijs niſi in caſibus neceſſarijs omnino vetitum.

Ex Moniali inſtituto & veteri cōſuet.

Neque Vicarius, vel confeſſor, neq; alius frater, ingrediatur niſi Alba, & Stola indutus, quibus exui intra non audeat, qui ſecus fecerit, per triennium voce actiua & paſsiua careat, & eo ipſo officio priuatus exiſtat.

Alba & Stola induti cōfeſſor & ſocius ingredi tenentur.

Ex Salmāt. c. 11.

Nullus fratrum Monialium aut noſtri, aut alterius Ordinis, ſacras peccatorum confeſsiones audire præſumat, ſine legitima Generalis aut Prouincialis ſcripta facultate, ſub vocis actiuæ & paſsiuæ priuatione per biennium.

Monialium cōfeſsiones audire, ſine earum Prælati licentia prohibitū.

Ex Tolet. & ex Cōc. Trid. c. 10. ſeſſ. 25.

Vltra verò Ordinarium cōfeſſorem, alius extraordinarius iuxta Concilij Tridentini decretum, bis, aut ter, in anno monialibus offeratur, qui omnium confeſsiones audire debet, tempore verò quo in eodem miniſterio occupatus fuerit, teneatur Ordinarius confeſſor, ad fratrum Conuentum ſe conferre, & in eo commorari.

Extraordinarij confeſſores, bis aut ter in anno offerēdi.

Pro eiſdē. ex Segou. 1621.

Deſignentur prætereà etiam à Miniſtris in noſtris Conuentibus Religioſi ſæcularium confeſſores, qui pro Monialium conſolatione, quando ab earum præfectis poſtulentur, poſsint interdum illas confiteri.

Alij etiam deſignandi pro Monialium conſolatione.

Ex decreto ſacr. Congr. demāda. D. Sixt. 5. 1570

Caueant confeſſores qui in domibus Monialium habitant, ne in ædibus Monaſterij vel Monaſterio cōtiguis quoſcumque fratres, vel ſæculares pernoctare permittant prout etiam decreto Apoſtolico cautum eſt, qui autē ſecus permiſſerit, officio priuetur.

Nemini in ædibus Monialium pernoctandum. Cōfeſſarijs & ſocijs neque Miſſas pro ſe celebrare, nec pecuniā pro eiſdem vel alijs recipere licet.

Ex c. g. Seg. 1621.

Omnibus & ſingulis Monialium confeſſoribus, ſiue Vicarijs & eorum ſocijs in earum Conuentibus cōmorantibus, ſub proprietariorum pœnis eo ipſo incur-

incurrendis, inhibemus, ne Miſſas vllas pro alia intentione, ſiue obligatione, niſi Conuentus & Abbatiſſę, audeat celebrare, exceptis dumtaxat Miſsis, quæ pro fratribus defunctis debent celebrari: neque pro Miſſa vlla celebranda, neque pro officijs feſtiuis dicendis, neque pro propinis, ſiue alijs decauſis poſsint per ſe, vel per interpoſitam perſonam pecunian recipere, etiam ſi gratis vel ſub eleemoſynę prætextu eis offeratur per Moniales, vel per aliam perſonam earum nomine.

Neque pro cibo, vel potu qui moderati debent eſſe. Item, ſub eiſdem pœnis inhibemus prædictis confeſſoribus Vicarijs & eorum ſocijs, ne recipiant pitantiam cibi; niſi in propria ſpecie conditam, & ſimiliter panem & vinum, & alia pro victu neceſſaria, abſque eo quòd pecunia pro eiſdem rebus neque in toto, neque in parte vllomodo recipiatur, neque licebit eis maiorem pitantiam recipere, ea quæ in noſtris Conuentibus fratribus communiter miniſtratur. Ex eiſdem.

Neceſſaria omnia eis prouidēda. De eleemoſynis verò pro Miſsis, & feſtiuitatibus, & alijs muniis confeſſorum, & ſociorum oblatis teneantur Conuentus, & Abbatiſſæ omnia neceſſaria pro veſtibus, & indumētis internis, & externis, lanis, & lineis, & calceamentis (ſi eis indiguerint) ad plenum prouidere, dummodo in propria ſpecie, & nullo modo in pecunia tribuantur: cauendum eſt tamen ne quidpiam recipiant extra neceſsitatem ſub eiſdem pœnis. Ex eiſdem.

De Prædicatoribus.

1 Prædicatorum inſtitutio ad Mini ſtrū Generalem, & ad Diffinitorū in Cap. Prouinciali ſpectat. CVm Prędicatorum inſtitutio ad Generalem Miniſtrum pertineat; & ad Miniſtros Prouinciales, & Diffinitores in Capitulo Prouinciali etiam ſpectet eorundem concionatorum electio, declaramus Miniſtros Prouinciales non poſſe extra Capitulum Prædicatores inſtituere, quamuis illis à Capitulo fuerit commiſſum. Ex Toleti 1583.

2 Examinentur, & cum Statuimus autem (iuxta Concilium Tridentinum) vt nullus poſsit munus prędicationis exercere, etiam Ex eiſdem & ex Conc. Trid. ca. 2. ſeſſ. 5.

etiam in Conuentibus noſtræ Religionis, niſi priùs per ſuperiores, de vita, moribus, & ſcientia, fuerit examinatus, & ab eis data fuerit prædicandi licentia ſcripta, cum qua perſonaliter coram Epiſcopis ſe pręſentare, & ab eis benedictionem petere tenentur, antequam prædicare incipiant.

Licentia Epiſcopis præſentetur ante quā prædicent.

Pro eiſdē, ex cap. Gene. Segoui. 1621.

Qui autem ſecus pręd.care, vel abſque licentia Miniſtri in ſcriptis, coram Epiſcopis ſe præſentare præſumpſerit prædicatione, & actibus legitimis, ad arbitrium ſuperioris, priuatus remaneat.

Nec ſecus prædicare, neque ſine licētia præſentari liceat.

Ex Tolet. 1583, ex c. Indicimus 16.q.1.

Verùm licèt Diaconi ex ſpeciali ſuperiorum licentia inſtitui poſsint Prædicatores, decernimus tamen ſecundùm iuris diſpoſitionem, vt nullus frater, niſi fuerit ſacro Presbyteratus ordine initiatus, poſſit deinceps ad prædicationis munus eligi, nec aſſumi.

Diaconi nō inſtituendi prædicatores.

Ex Salmāt. 49.

Ad prædicationem promotus extra ſuam Prouinciam, etiam per Miniſtrum generalem ipſum, cùm ad propria redierit, prædicationis officium exercere non valeat, niſi de conſenſu ſcripto Patrum Diffinitorij.

Extra ſuam Prouinciam promoto quid opus ſit in propria.

Ex Rom. 1587. & ex Valli. 1593.

Prędicatores inſtitui non poſsint fratres alienarum Prouinciarum, neque qui tribus annis continuis ſacrę Theologiæ operā non nauauerint.

Ex alienis Prouinc. neque qui triēnio Theologiæ non vacauerit inſtituendi.

Ex Tolet. 1583. ex Cōcil. Trid. c. 4. ſeſſ. 24.

Et iuxta Concilium Tridentinum, pręcipimus, quòd prædicatores noſtri non prędicent, etiam in Conuentibus noſtrę Religionis, contradicente Epiſcopo. Quod nimirum intelligendum videtur, ſecundùm Concilium Vienenſe, quando Epiſcopus prædicauerit, vel coram ſe prędicare fecerit: quare, qui aliter prędicare auſus fuerit, non ſolùm prædicationis munere priuetur, ſed alijs grauioribus pœnis mulctetur.

Clemen. dudum de ſepulturis.

Contradicente Epiſcopo nō prædicandum, & qualiter debet intelligi.

Clemē. Religioſi de priuil.

Caueant tamen prædicatores, ne detrahant in concionibus Eccleſiæ Prælatis, vt in Concilio Vienenſi iniunctum eſt, per obedientiam, omnibus prędicatoribus.

Eccleſię Prę latis nō detrahēdum.

Ex Tolet. 1581. ex Cōci. Tolet. actio. c. 3.

Sed curent ſolicitè in concionibus ad plebem de articulis Fidei, & Sacramentis, de ritibus, & cęremo-

De quibus plebs inſtituēda in cōcionibus.

nijs Eccleſiaſticis Auditores inſtituere; Martyrũ tamen, & Sanctorum hiſtorias authẽticas non prætermittant.

A quibus abſtinẽdum vitia, & virtutes pœnã & gloriam prædicãdo.

Abſtineat prȩtereà à prȩdicatione errorum, & ſcandalorum, & Poetarum fabulis, & nimia Gentilium authorum citatione, & Hæreſes, earumque fundamentã inter prædicandum non referant, ne puſillis nutandi occaſionem prȩbeant, opiniones peregrinas, & ſingulares non tueantur; immò quæſtiones difficiles, & perplexas omnino recuſent ſed vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam, cum breuitate, & facilitate ſermonis, ſemper prædicare ſtudeant: vt Concilium Tridentinum per verba ex noſtra regulã deſumpta, apertè præcipit. Ex eiſdem Tolet. Cõc. Trid. c. ſeſ. 5. regul. c. 9.

Neque perſonæ nominentur, nec Sacerdotes reprehendantur.

In criminibus reprehendendis vincat ſemper veritatem beneuolentia, perſonas verò nec nominatim, nec certis quibuſdam notis perſtringant: Sacerdotes nunquã etiam ſunt in concionibus reprehendendi, exẽplo Chriſti, qui nuſquam eos obiurgaſſe legitur. Ex eiſdem Tolet. ex Cõc. Tolet. act. 3. c. 3. Caietan. in Matt. c. 13.

Eleemoſynas pro prædicat. oñe oblatas recipere nefas ſub pœnis recipiẽti, & permittenti ſubeũdis.

Prædicatores quicumque eleemoſynas (etiam prædicationis prætextu pro eiſdem oblatas) penitus non recipiant, nec de eis ipſis diſponere poſſint; ſed Syndicis Conuentuum liberè, & integrè conſignentur. Quòd ſi conſtiterit, quempiam Prædicatorum per ſe, aut per alios pecuniam recipere, vel recepiſſe, proprietatis pœna omnino puniatur, & actibus legitimis per ſexennium priuetur: quam pœnam, etiam Guardiani ſubeant, ſi eorum culpa, vel negligentia contra fieri contigerit. Ex Salmãt. c. 5.

Prædicatoribus neceſſaria prouidenda.

Guardiani verò ex eiſdẽ, vel alijs eleemoſynis, omnia prȩdicatoribus neceſſaria prouidere teneantur, quod ſi neglexerint, Prouincialium arbitrio grauiter puniantur. Ex eiſdem.

Quot Prædicatores, & Lectores morales inſtituendi.

In vno quoque Conuentu vnus tantummodo prȩdicator, & alius Lector Theologiæ moralis inſtituatur, in magnis autẽ Conuentibus duo prædicatores, & non plures, inſtitui poterunt, qui quidẽ neq; prȩcedentia, neq; alio priuilegio gaudeant, niſi reuera munera eiuſmodi exercuerint. Ex Victori. 1596. & ex Cap. Gene. Sego. 1621.

De

De authoribus librorum.

Ex Tolet. 1583. ex Cõci. Trid. ſeſ. 4. de vſu ſacror. libr.

CVm ſacrum Concilium Tridentinum præcipiat ſub pœna anathematis, ne quiſpiam, etiam regularis, librum de rebus ſacris imprimi faciat ſine authoris nomine, & niſi Epiſcopi ſcripta approbatio, & ſuperiorum licentia priùs præcedat: præcipimus ſub actuum legitimorum pœna ne aliquis noſtrę Religionis frater, librum aliquem, de rebus ſacris, humanis, vel profanis, ſuppreſſo authoris nomine, imprimendum curet. Nec ad hoc Epiſcopi approbatio, nec quorumcunque ſuperiorum licẽtia, illis aliquo modo ſuffragari valeat. Nullus liber ſuppreſſo authoris nomine im primatur.

Ex eiſdem Tolet.

Verùm cùm liber aliquis Prælo ſit tradendus, ſub nomine authoris proprij, ante omnia Miniſtri, aut Commiſſarij generalis, vel Prouincialis licentia petatur. Quæ nimirum præſtari non debet, niſi priùs diligenti examine fuerit ab aliquo prudenti, & docto patre eiuſmodi liber probatus. Qua nimirum licentia obtenta, iuxta Regias pragmaticas ſanctiones Regio Senatui præſentabitur liber imprimendus, vt impunè liceat illum Prelo comittere. Neque ſine Prælatorũ licẽtia præuio examine concedẽda, & Regijs decretis ſeruatis.

Ex eiſdem.

Et cum eadem anathematis pœna à Concilio inferatur in eos, qui libros ſacros de rebus ſacris manu ſcriptos, ſuppreſſo authoris nomine, ſine debita licentia communicauerit, & inuulgauerit, & eoſdem libros retinentes pro authoribus habendos eſſe decernit, ſi authores non prodiderint: ideò admonemus omnes religioſos, ne libris manuſcriptis pro ſermonibus conficiendis, & alijs Theologicis exercitijs vtantur: quia præter periculum, & nocumentum, quod de iſtis clancularijs codicibus valde timeri poteſt (cùm nec probati ſint à ſuperioribus, nec eorum authores conſtẽt) faciunt præterea prædicatores, & Theologos indoctos, & deſides. Manuſcripta ſacra interdicuntur omnino.

(5)

De Confeſſoribus ſæcularium.

Qua ætate, & quo ſufficientiæ examine instituendi.

Confeſſores ſæcularium inſtitui non poſsint, niſi trigeſimum ætatis annum expleuerint, præmiſſo priùs examine de ſcientia, & ſufficientia, habito à Guardiano, & Diſcretis Conuentus, & in ſcriptis præſentando Miniſtro Prouinciali, & Diffinitoribus in Capitulo Prouinciali.

Ex Salmát. c. 9.

Qui indignos præſentauerint pleƈtendi.

Guardiani verò, & Diſcreti, qui indignos, & inſufficientes præſentauerint, & qui non fuerint inſtruƈti in caſibus conſcientiæ, & reſeruatis, aƈtibus legitimis priuentur.

Ex Tolet. 1583.

Non omnes à Diffinit. eligendi.

Diffinitorium verò, non quoſcumque præſentatos, ſed eos tantùm, quos magis expedire viderit, eligat: finito verò Diffinitorio nequeat Prouincialis, etiam ex commiſsione Capituli, Confeſſores ſæcularium inſtituere.

Ex eiſdem.

Qui biennio ſacrorũ Canonum leƈtioni non vacauerit, non inſtituendus.

Nullus fratrum ad excipiendas ſacras ſæcularium confeſsiones aſſumatur, niſi priùs per integrũ biennium ſacrorum Canonum leƈtiones frequẽtauerit, quod conſtare debet per teſtimonium authenticum manibus Guardiani, & Diſcretorum ſubſcriptum.

Ex Rom. 1581. & ex Valli. 1593.

Cõfeſſores in viſitatione examinãdi, & qualiter.

Quamobrem Miniſtri Prouinciales teneantur in viſitationibus ex munere habitis confeſſarios ſæcularium omnes per ſe, vel per alios quàm diligẽtiſsimè examinare, vt qui idonei inuenti fuerint, confirmentur, qui verò nequaquam, omnino reijciantur, nec vltrà confeſsiones audire valeant.

Ex eiſdem.

Per Miniſtrum Confeſſores Epiſcopis præſentandi, & quomodo.

Confeſſores autem in Capitulo, vel à Miniſtro, & Commiſſario generali inſtituti non ſunt idonei ad confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audiendas, niſi facta priùs coram Epiſcopis præſentatione, iuxta Concilij Vienenſis determinationem: quæ, per Miniſtrum, vel per aliũ eius nomine fieri debet, ſine perſonali confeſſorum comparatione: exponendo in ſcriptis inſtitutorum nomina, & humiliter petendo, vt dignentur, quod illi præſentati cõfeſſores ſæcularium confeſsiones audiant.

Ex Toled. 1583.

Clement. dudum de ſepulturis.

Si Epiſcopis libet debeat coram

Si domini Epiſcopi prædictam præſentationem Ex eiſdem.

accep-

acceptare velint, ſtatim fratres præſentati poterunt, vt idonei Confeſſores, ſæculares abſoluere. Si verò domini Epiſcopi præſentatos noluerint admittere, niſi perſonaliter compareant, ad eos examinandos, non reputentur fratres præſentati idonei confeſſores, iuxta Concilium Tridentinum, niſi per examen ab Epiſcopis de ſcientia, & habilitate faciendum, approbationem obtineant.

ipſis compa rere, & exa minari.

Ex Valliſo let. 1563. Quicumque abſque licentia, & præſentatione miniſtri coram Epiſcopis, ſiue eorum Vicarijs ſe præſentauerit, eo ipſo inhabilis ad audiendas confeſsiones per decennium exiſtat; quod ſi facultate non obtenta confiteri auſerit, perpetuò inhabilis iudicetur.

Sine Miniſtri licentia nec præſentari nec cōfeſsiones audire licet.

Ex eiſdem Tole. 1583. Præcipimus verò, ne confeſſores ab Epiſcopis iam probati confeſsiones mulierum ſæcularium audiant ante quadrageſimum ætatis annū, niſi fuerint Guardiani, vel ſpecialem habeant approbationem in ſcriptis obtētā à Prouinciali Miniſtro: quæ nimirum approbatio nunquam erit præſtanda, niſi grauioribus, & probatioribus religioſis.

Mulierum confeſsiones ante quadrageſimum annū non audiendæ, niſi, &c.

Ex eiſdem, & ex ſacra Congr. Confeſsiones quoque mulierum audiantur in aliquo loco honeſto, & patenti, ita vt non niſi ad crates ipſas laminis ferreis, aut æreis diligenter ſeptas, & munitas ipſarum confeſsiones audire liceat, vt à ſacra Congregatione cautum eſt.

In patenti loco ad crates audiantur.

Ex Tolet. 1583. Caueant etiam, ne pœnitentibus pœnitentias pecuniarias imponant: & quando rationabiliter imponendæ eſſent, non ſibi, aut ſuis fratribus quocumque modo dari faciant, neque alijs perſonis ſuo nomine quouis prætextu ſub proprietatis pœna, & ſuſpenſione ab officio confeſsionis ad arbitrium ſuperioris.

Pœnitentiæ pecuniariæ non imponendæ.

Ex Rom. 1575. Confeſſores ſacras peccatorum, tam ſæcularium, quàm fratrum confeſsiones in cellis non audiant, ſed in Eccleſia, vel alio ſacro, ac patenti loco munus huiuſmodi piè præſtare debent, qui contra fecerint, arbitrio ſuperioris puniantur.

Non in cellis, ſed in Eccleſia cōfitendum.

De

De Tertiarijs.

Tertiariorũ ordo inſtaurandus.

ITem in omnibus vicis, & ciuitatibus principalioribus cura diligens adhibeatur, vt confraternitas Ordinis Tertij, quam P. N. Franciſcus pro ſæcularibus inſtituit in hoc Regno Caſtellæ, promulgetur, vt in eo, ſicut in Regno Aragoniæ in dies producat florida germina ſanctitatis. Miniſtri autem Prouinciales ſummopere conentur, vt hoc noſtrum ſtatutum conſequatur optatum effectum, quidquid ad hoc fuerit requiſitum prouidentes, & præcipientes. Ex Tolet. 1606.

Fratres qui eorum curã habeant inſtituendi.

Vt beatus Tertiariorum Ordo ſæcularium in dies incremẽtum ſuſcipiat, & eo vberiùs virtutis fructus producat, quo cura, ſolicitudine, & doctrina, noſtrorum fratrum fuerit excultus, plurimum in Domino Miniſtris Prouincialibus cõmendamus, vt in ſingulis noſtris Conuentibus deſignent fratrem aliquem concionatorem, vita, & moribus probatum, qui curam habeat Tertiariorum omnium, eoſque viſitet, & quidquid inter eos vitiorum, aut indecens inuenerit, omnino reformet, aut verò eliminet, & quoſcumque ſcandaloſos repererit, ab ordine eijciat; de conſilio tamen Miniſtri, & Diſcretorum ſicut ſecundùm Deum videbitur expedire. Pro eiſdem ex Cap. Gener. Segõu. 1621.

Quæ conſtitutiones à Tertiarijs ſeruandæ.

Pro regimine autem, & conſeruatione eiuſdem Ordinis volumus ad vnguem obſeruari conſtitutiones editas à Reuerendiſsimo Vicario generali domino fratre Antonio de Trexo, nunc Epiſcopo Carthaginenſi, quas quidem authoritate Capituli generalis approbamus, & confirmamus. Ex eiſdem.

De fratribus aliorum obſequio ſe emancipantibus.

Nullius ſæcularis obſequio fra-

CVm nil magis ſit in Religionibus cõmendãdum, quàm Prælatorum obedientia, ideò ſancta Tridentina Sinodus præcipit, ne quis regularis ſine ſui ſupe- Ex Toler. 158. ex Cõcil. Trid. c. 4. ſeſſ. 25.

ſuperioris licentia prædicationis, aut lectionis, aut cuiuſuis pij operis prætextu ſubijciat ſe obſequio alicuius Prælati, principis, vel cuiuſcumque perſonæ: neque ei aliquod priuilegium, aut facultas ab eis ſuper ijs obtenta ſuffragetur. Quod ſi contra fecerit, tanquam inobediens arbitrio ſuperioris puniatur.

[Margin: tres ſe ſubijciāt ſine ſuperioris licentia.]

[Margin: Ex eiſdem Tolet.] Item fratres non ſint iudices, nec arbitri quorumcunque, nec in alijs Ordinem noſtrum non concernentibus ſe aliqualiter intromittant. Et quicumque aliter contra fecerit, omnibus actibus legitimis priuetur.

[Margin: Nec ſint arbitri, nec in alienis ſe ingerāt.]

[Margin: Ex eiſdem.] Ideò etiam inhibemus, ne fratres ſint teſtamentorum executores, vel aliquarum dotationum patroni: ſi in his miniſterijs interuenire debet pecuniarum contrectatio: verùm cùm hęc munera præſtari interdum poſſint, ſine pecuniæ contrectatione, & ſine miniſterio iudiciali, poterunt fratres de ſuorum ſuperiorum licentia, hæc munera exercere, conſilia ſalutaria exhibendo, & executionem bonorum operum procurando.

[Margin: Nec teſtamentorum executores nec dotationum patroni, ſi pecunia interueniat.]

(?)

DE

DE CORRECTIONE DElinquentium. Cap. VI.

De viſitatione.

Generalis totum Ordinem viſitare conetur. VT verò quę corrigenda ſunt, Prælatorum iudicium non ſubterfugiant, admonemus Reuerendiſsimum Patrem Generalem, vt quantum fieri commodè poſsit, vniuerſum Ordinem intra ſexennium viſitare, & in omnibus Capitulis Prouincialibus intereſſe conetur. Ex Salmāc. c. p. 8. & ex Aquilan. 1559. ex Apoſt. Leo. 10. & Pij 5.

Commiſſarius generalis ſuam familiam; & Prouinciales ſuas Prouincias itē. Ita quoque Commiſſarius Generalis debet intra triennium, ſi fieri poteſt, totam familiam viſitare, & Comitia Prouincialia, ſi illi commoditas adſit, celebrare. Prouinciales verò ſingulis annis debent totam Prouinciam viſitare accuratè. Ex eiſdem.

Exhortatio fiat. Forma autem in viſitatione ſeruanda hæc ſit. Primò exhortatio de more fiat, in qua Verbum Dei proponatur fratribus in Capitulo congregatis (vt iura decernunt. Ex Tolet. 1583. cap. Rom. de cēſibus, lib. 6.

Sacramentū ornaméta, & Reliquiæ viſitentur. Deinde verò ante omnia Sacramentum viſitetur, & ſacellum in quo ornaméta, & Reliquiæ continentur, perluſtretur. Ex eiſdem Tolet.

AedificiaCóuentus itē. At deinde totius Conuentus ædificia adeantur, vt Prælatis conſtare poſsit, an quæ ad honeſtatem, & clauſuram pertinent, rectè ſint diſpoſita. Ex eiſdem.

Locus infirmorum. Infirmaria ſpecialiter Prælati ingrediantur, proprijs oculis conſpicientes, an quæ ſunt ad infirmorum indigentiam neceſſaria, ſint ſufficienter prouiſa. Ex eiſdem.

Bibliothecę viſitandæ. Bibliothecas etiam Miniſtri diligenter, & accuratè viſitent, & librorum inuentaria recognoſcant, & de eorum tutela, & conſeruatione ſolicitam curam gerant. Ex conſtit. Sixt. 5. cum moderat. Clem. 8.

Singuli fratre accerſēdi, & interrogandi. His peractis, ſinguli fratres interrogentur à Prælatis ſecreto de omnibus negligentijs vitam communem concernentibus, vt potè, ſi lex Dei, & regula, & conſti- Ex Tolet. & ex eiſdē.

conſtitutiones, & Concilium Tridentinum obſeruentur in vita communi, & regulari. Inquirentes, ſi regularis diſciplina collapſa ſit, ita vt ieiunia, orationes, diſciplinæ, cultus diuini officij, & paupertas detrimentum patiantur. Hæc ergo pro virili, magna cum acrimonia ſunt inquirenda.

Ex eiſdem. Capitulum culparū celebrādum. Poſteà Capitulum culparum celebrabitur, in quo correctiones fiunt, & quę ſunt admonenda, & ordinanda proponantur, vt vita regularis, ſi fuerit collapſa, reſtauretur, ſi verò inuiolata fuerit, conſeruetur.

Pro eiſdē. Viſitationes ſcripto notendæ. Viſitationes omnes locorum, & rerum, cum decretis pro reformatione in ſingulis Cōuentibus ordinatis ſcripto mandentur, & à Viſitatore ſubſcriptæ, & ſigillatæ in libro ad hoc deputato aſſeruentur.

Ex Concil. Tridē. ſeſſ. 21. cap. 1. & ſeſſ. 13. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 10. de reformat. In cauſa viſitationis, & correctionis Viſitatoribus libera poteſtas. In omnibus his, quæ ad viſitationem ac morum reformationem, & correctionem ſpectant, ex ſacris, & Apoſtolicis ſanctionibus ius, & poteſtatem habēt Viſitatores ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, iuxta tamen generalia, ac Prouincialia ſtatuta, quæ illis prudenter pro ſubditorum emendatione, ac Prouinciarum vtilitate neceſſaria videantur.

Ex eiſdem. In eiſdem inhibitio appellatio exemptio, ſeu querella nulla ſit. Nec executionem eorum, quæ mandauerint, decreuerint, aut iudicauerint in viſitatione, vlla inhibitio, appellatio, ſeu querela, etiam ad ſuperiores interpoſita, quoquomodo impedire, aut ſuſpendere poteſt.

De correctione.

In lib. Monumēt. Ordinis, fol. 145. Facultas Apoſtolica ſuperioribus Ordinis cōceſſa procedendi cōtra delinquentes remulis iuris poſtpoſitis. *Bonifacius Papa VIII. Ad augmentum continuum Religionum, & Ordinum (quos Romana ſuſcepit, & approbauit Eccleſia) paternis ſtudijs intendentes, & conſiderantes attentiùs, quod non intermiſſa ſedulitas diſciplinæ, & rigoris Ordinis ſupradictos ſtatuſque regulares ſalubriter dirigit & conſeruat, quodque ſi eam perire, vel remitti contigerit, ordo quilibet collabi neceſſario cogeretur: pēſanteſq;*

quòd ſi regularium perſonarum correctio rimas iuris, & apices ſequeretur, huiuſmodi rigor lenteſceret, ac multiplici laxatione torperet.

Conceſsio, vt ſecũdũm conſuetudines, & ſtatuta libere procedatur.

Nos pijs veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus, vt ad correctiones, & punitiones fratrum eiuſdem Ordinis delinquentium infligendas Prælati Ordinis ſupradicti: (ad quos eadem ſpectare noſcuntur) rimulis iuris & apicibus eius poſtpoſitis, liberè procedere valeant ſecundùm conſuetudines approbatas: & generalia facta, vel fienda ipſius Ordinis inſtituta.

Non licet appellare.

Nec volumus eiſdem licere fratribus ab eiſdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare, præuia deliberatione, ac maturitate debita obſeruatis.

Subſtantialis iuris ordo in actibus iudicialibus ſeruãdus.

Cùm hæc Apoſtolica conſtitutio condita ſit ad propulſandas ſubditorum calumnias, & ad compeſcendam Prelatorum nimiam in puniendis criminibus licentiam, declaramus, quòd licèt Prælati omnes non teneantur ad apices iuris, vt ſunt citationes, dilationes, ſententię interlocutoriæ, & diffinitiuæ, & alia plura quæ non ſunt de ſubſtantia iuſtitiæ, non tamen poſſunt Pręlati, in actibus iudicialibus ſecundùm ſuum arbitrium procedere, cùm certum ſit lege diuina, & naturali teneri ad ordinem ſubſtantialem iuris. Ex Tolet. 1583.

Cõtra inauditam partem, vel nõ conuictum, aut confeſſum ſententia grauis non ferenda.

Ideò ſtatuimus, vt nullus Prælatus contra inauditam partem, nec contra eum qui non fuerit ſufficienter conuictus, aut confeſſus ſententiam aliquam grauem ferat: qua quiſpiam, vel actibus legitimis, vel officijs Ordinis priuetur, vel in exilium relegetur, aut notabile aliquod nocumentum reo inferatur, & oppoſitum facientes, officijs Ordinis perpetuò priuentur. Ex eiſdem.

Quid ad inquirendum nominatim requiratur.

Rurſus inhibemus, ne Prælati inquirant nominatim de peccato alicuius, niſi is religioſus fuiſſet infamia Ex eiſdem.

mia iure reſperſus de eo crimine, aut niſi eſſent indicia euidentia, vel probabilia contra eum de quo facienda eſt inquiſitio.

Ex eiſdem. Caueant autem Prælati, ne crimen aliquod graue imponant iudicialiter ſuis ſubditis, vt ad obiectum crimen reſpondeant, niſi pręter denuntiatorem, ſit alius teſtis fidedignus, iuridicè interrogatus, vel niſi reus infamia, aut indicijs euidentibus eſſet grauatus. Et qui ſecus fecerit, grauiter puniatur. Quid item ad crimen imponendum.

Ex eiſdem. Tamen ſi quis fuerit conuictus de aliquo crimine, per duos, vel tres, aut quatuor teſtes, ſi tamē eſt omnino occultum inter cæteros religioſos, (vt ſæpè contingit) tunc non publicè, ſed ſecretè coram teſtibus eſt debitè reus ille frater puniendus. Occultum crimen qualiter puniēdum.

Ex eiſdem. Si verò crimen eſt atrox, vt nefandum, publicè eſt reus corrigendus, ſi fuerit legitimè conuictus, quamuis ſit omnino occultum inter reliquos Conuentus fratres. Atrox itē.

Ex eiſdem. Ad pacem inter fratres tuendam, ordinamus, vt Prælati nullo modo teſtium, nec accuſantium nomina reis manifeſtent, etiam ſi procedāt ad vindictam, & punitionem, niſi quando iuſtitia periclitaretur in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis: nam in hoc caſu ſi rei puniendi petant teſtium publicationem fieri, non eſt illis deneganda. Accuſātiū & teſtiū nomina quomodo manifeſtāda, aut celanda.

Ex eiſdem. Sed ſi contra reum fuerit tantum ſemiplena probatio, vel infamia, aut indicia ſufficientia, poterit Prælatus eum cenſuris cogere, vt veritatem fateatur. Quod ſi noluerit reus crimen obiectum manifeſtare, poterit ſuperior (ſi illi viſum fuerit expedire) eum ad tormentum damnare, niſi reus eſſet aliquis magni nominis religioſus: nam patrem quempiam alias benemeritum ad torturam condemnare indecens omnino videri debet, niſi criminis immanitas aliud exigeret. Reus cogēdus, vt veritatem fateatur, niſi, &c.

Ex eiſdem. Quod ſi veritatē fateatur, pœna ordinaria in ſacris Canonibus, vel in noſtris ſtatutis inflicta puniatur. Si verò obiectum crimen omnino negauerit, liber reus euadat: quia per torturam ſi ſufficienter reus Quid ſi fateatur quid ve ſi negaue rit faciēdū.

nijs Eccleſiaſticis Auditores inſtituere; Martyrũ tamen, & Sanctorum hiſtorias authẽticas non prætermittant.

A quibus abſtinẽdum vitia, & virtutes pœnã & gloriam prædicãdo.

Abſtineat preterea à predicatione errorum, & ſcandalorum, & Poetarum fabulis, & nimia Gentilium authorum citatione, & Hæreſes, earumque fundamenta inter prædicandum non referant, ne puſillis mitandi occaſionem præbeant, opiniones peregrinas, & ſingulares non tueantur; immò quæſtiones difficiles, & perplexas omnino recuſent ſed vitia, & virtutes pœnam & gloriam, cum breuitate, & facilitate ſermonis, ſemper prædicare ſtudeant: vt Concilium Tridentinum per verba ex noſtra regula deſumpta, apertè præcipit. Ex eiſdem Tolet. Cõc. Trid. c. ſeſ. 5. regul. c. 9.

Neque perſonæ nominentur, nec Sacerdotes reprehendãtur.

In criminibus reprehendendis vincat ſemper veritatem beneuolentia, perſonas verò, nec nominatim, nec certis quibuſdam notis perſtringant: Sacerdotes nunquã etiam ſunt in concionibus reprehendendi, exẽplo Chriſti, qui nuſquam eos obiurgaſſe legitur. Ex eiſdem Tolet. ex Cõc. Tolet. actio. 3. c. 3. Caietan. in Matt. c. 13.

Elcemoſynas pro prædicatiõe oblatas recipere nefas ſub pœnis recipiẽti, & permittenti ſubeũdis.

Prædicatores quicunque eleemoſynas (etiam prædicationis prætextu pro eiſdem oblatas) penitus non recipiant, nec de eis ipſis diſponere poſsint; ſed Syndicis Conuentuum liberè, & integrè conſignentur. Quòd ſi conſtiterit, quempiam Prædicatorum per ſe, aut per alios pecuniam recipere, vel recepiſſe, proprietatis pœna omnino puniatur, & actibus legitimis per ſexennium priuetur: quam pœnam, etiam Guardiani ſubeant, ſi eorum culpa, vel negligentia contra fieri contigerit. Ex Salmãt. c. 5.

Prædicatoribus neceſſaria prouidenda.

Guardiani verò ex eiſdẽ, vel alijs eleemoſynis, omnia prędicatoribus neceſſaria prouidere teneantur, quod ſi neglexerint, Prouincialium arbitrio grauiter puniantur. Ex eiſdem.

Quot Prædicatores, & Lectores morales inſtituendi.

In vno quoque Conuentu vnus tantummodo prędicator, & alius Lector Theologiæ moralis inſtituatur, in magnis autẽ Conuentibus duo prædicatores, & non plures, inſtitui poterunt, qui quidẽ neq; pręcedentia, neq; alio priuilegio gaudeant, niſi reuera munera eiuſmodi exercuerint. Ex Victori. 1596. & ex Cap. Genę. Sego. 1621.

De authoribus librorum.

Ex Tolet. 1581. ex Cō ci. Trid. ſeſ. 4. de vſu ſacror. libr.

CVm ſacrum Concilium Tridentinum præcipiat ſub pœna anathematis, ne quiſpiam, etiam regularis, librum de rebus ſacris imprimi faciat ſine authoris nomine, & niſi Epiſcopi ſcripta approbatio, & ſuperiorum licentia priùs præcedat: præcipimus ſub actuum legitimorum pœna ne aliquis noſtræ Religionis frater, librum aliquem, de rebus ſacris, humanis, vel profanis, ſuppreſſo authoris nomine, imprimendum curet. Nec ad hoc Epiſcopi approbatio, nec quorumcunque ſuperiorum licētia, illis aliquo modo ſuffragari valeat. Nullus liber ſuppreſſo authoris nomine imprimatur.

Ex eiſdem Tolet.

Verùm cùm liber aliquis Prælo ſit tradendus, ſub nomine authoris proprij, ante omnia Miniſtri, aut Commiſſarij generalis, vel Prouincialis licentia petatur. Quæ nimirum præſtari non debet, niſi priùs diligenti examine fuerit ab aliquo prudenti, & docto patre eiuſmodi liber probatus. Qua nimirum licentia obtenta, iuxta Regias pragmaticas ſanctiones Regio Senatui præſentabitur liber imprimendus, vt impunè liceat illum Prelo comittere. Neque ſine Prælatorū licētia præuio examine concedēda, & Regijs decretis ſeruatis.

Ex eiſdem.

Et cum eadem anathematis pœna à Concilio inferatur in eos, qui libros ſacros de rebus ſacris manu ſcriptos, ſuppreſſo authoris nomine, ſine debita licentia communicauerit, & inuulgauerit, & eoſdem libros retinentes pro authoribus habendos eſſe decernit, ſi authores non prodiderint: ideò admonemus omnes religioſos, ne libris manuſcriptis pro ſermonibus conficiendis, & alijs Theologicis exercitijs vtantur: quia præter periculum, & nocumentum, quod de iſtis clancularijs codicibus valde timeri poteſt (cùm nec probati ſint à ſuperioribus, nec eorum authores conſtēt) faciunt præterea prædicatores, & Theologos indoctos, & deſides. Manuſcripta ſacra interdicuntur omnino.

(⁘)

De Confeſſoribus ſæcularium.

Quâ ætate, & quo ſufficientiæ examine inſtituendi. — Ex Salmãt. c. 9.

Confeſſores ſæcularium inſtitui non poſsint, niſi trigeſimum ætatis annum expleuerint, præmiſſo prius examine de ſcientia, & ſufficientia, habito à Guardiano, & Diſcretis Conuentus, & in ſcriptis præſentando Miniſtro Prouinciali, & Diffinitoribus in Capitulo Prouinciali.

Qui indignos præſentauerint plectendi. — Ex Tolet. 1583.

Guardiani verò, & Diſcreti, qui indignos, & inſufficientes præſentauerint, & qui non fuerint inſtructi in caſibus conſcientiæ, & reſeruatis, actibus legitimis priuentur.

Non omnes à Diffinit. eligẽdi. — Ex eiſdem.

Diffinitorium verò, non quoſcumque præſentatos, ſed eos tantùm, quos magis expedire viderit, eligat. finito verò Diffinitorio nequeat Prouincialis, etiam ex commiſsione Capituli, Confeſſores ſęcularium inſtituere.

Qui biennio ſacroſũ Canonum lectioni non vacauerit, non inſtituendus. — Ex Rom. 1581. & ex Valli. 1593.

Nullus fratrum ad excipiendas ſacras ſæcularium confeſsiones aſſumatur, niſi priùs per integrũ biennium ſacrorum Canonum lectiones frequẽtauerit, quod conſtare debet per teſtimonium authenticum manibus Guardiani, & Diſcretorum ſubſcriptum.

Cõfeſſores in viſitatione examinãdi, & qualiter. — Ex eiſdem.

Quamobrem Miniſtri Prouinciales teneantur in viſitationibus ex munere habitis confeſſarios ſæcularium omnes per ſe, vel per alios quàm diligẽtiſsimè examinare, vt qui idonei inuenti fuerint, confirmentur, qui verò nequaquam, omnino reijciantur, nec vltrà confeſsiones audire valeant.

Per Miniſtrum Confeſſores Epiſcopis præſentandi, & quomodo. — Ex Toled. 1583.

Confeſſores autem in Capitulo, vel à Miniſtro, & Commiſſario generali inſtituti non ſunt idonei ad confeſsiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audiendas, niſi facta priùs coram Epiſcopis pręſentatione, iuxta Concilij Vienenſis determinationem: quæ, per Miniſtrum, vel per aliũ eius nomine fieri debet, ſine perſonali confeſſorum comparatione: exponendo in ſcriptis inſtitutorum nomina, & humiliter petendo, vt dignentur, quod illi præſentati cõfeſſores ſæcularium confeſsiones audiant. — Clement. dudum de ſepulturis.

Si Epiſcopis libet debeat coram — Ex eiſdem.

Si domini Epiſcopi prædictam pręſentationem accep-

acceptare velint, ſtatim fratres præſentati poterunt, vt idonei Confeſſores, ſæculares abſoluere. Si verò domini Epiſcopi præſentatos noluerint admittere, niſi perſonaliter compareant, ad eos examinandos, non reputentur fratres præſentati idonei confeſſores, iuxta Concilium Tridentinum, niſi per examen ab Epiſcopis de ſcientia, & habilitate faciendum, approbationem obtineant. — ipſis compa rere, & exa minari.

Ex Valliſo let. 1563. — Quicumque abſque licentia, & præſentatione miniſtri coram Epiſcopis, ſiue eorum Vicarijs ſe præſentauerit, eo ipſo inhabilis ad audiendas confeſsiones per decennium exiſtat: quod ſi facultate non obtenta confiteri auſerit, perpetuò inhabilis iudicetur. — Sine Miniſtri licentia nec præſentari nec cõfeſsiones audire licet.

Ex eiſdem Tole. 1583. — Præcipimus verò, ne confeſſores ab Epiſcopis iam probati confeſsiones mulierum ſæcularium audiant ante quadrageſimum ætatis annũ, niſi fuerint Guardiani, vel ſpecialem habeant approbationem in ſcriptis obtẽtã à Prouinciali Miniſtro: quæ nimirum approbatio nunquam erit præſtanda, niſi grauioribus, & probatioribus religioſis. — Mulierum confeſſiones ante quadrageſimum annũ non audiendæ, niſi, &c.

Ex eiſdem, & ex ſacra Congr. — Confeſsiones quoque mulierum audiantur in aliquo loco honeſto, & patenti, ita vt non niſi ad crates ipſas laminis ferreis, aut æreis diligenter ſeptas, & munitas ipſarum confeſsiones audire liceat, vt à ſacra Congregatione cautum eſt. — In patenti loco ad crates audiantur.

Ex Tolet. 1583. — Caueant etiam, ne pœnitentibus pœnitentias pecuniarias imponant: & quando rationabiliter imponendæ eſſent, non ſibi, aut ſuis fratribus quocumque modo dari faciant, neque alijs perſonis ſuo nomine quouis prætextu ſub proprietatis pœna, & ſuſpenſione ab officio confeſsionis ad arbitrium ſuperioris. — Pœnitentię pecuniariæ non imponendæ.

Ex Rom. 1575. — Confeſſores ſacras peccatorum, tam ſæcularium, quàm fratrum confeſsiones in cellis non audiant, ſed in Eccleſia, vel alio ſacro, ac patenti loco munus huiuſmodi piè præſtare debent, qui contra fecerint, arbitrio ſuperioris puniantur. — Non in cellis, ſed in Eccleſia cõfitendum.

De

De Tertiarijs.

Tertiariorũ ordo inſtaurandus.

Ex Tolet. 1606.

ITem in omnibus vicis, & ciuitatibus principalioribus cura diligens adhibeatur, vt confraternitas Ordinis Tertij, quam P.N. Franciſcus pro ſæcularibus inſtituit in hoc Regno Caſtellæ, promulgetur, vt in eo, ſicut in Regno Aragoniæ in dies producat florida germina ſanctitatis. Miniſtri autem Prouinciales ſummopere conentur, vt hoc noſtrum ſtatutum conſequatur optatum effectum, quidquid ad hoc fuerit requiſitum prouidentes, & præcipientes.

Fratres qui eorum curã habeant inſtituendi.

Pro eiſdem ex Cap. Gener. Segõu. 1621.

Vt beatus Tertiariorum Ordo ſæcularium in dies incremẽtum ſuſcipiat, & eo vberiùs virtutis fructus producat, quo cura, ſolicitudine, & doctrina, noſtrorum fratrum fuerit excultus, plurimum in Domino Miniſtris Prouincialibus cõmendamus, vt in ſingulis noſtris Conuentibus deſignent fratrem aliquem concionatorem, vita, & moribus probatum, qui curam habeat Tertiariorum omnium, eoſque viſitet, & quidquid inter eos vitiorum, aut indecens inuenerit, omnino reformet, aut verò eliminet, & quoſcumque ſcandaloſos repererit, ab ordine eijciat; de conſilio tamen Miniſtri, & Diſcretorum ſicut ſecundùm Deum videbitur expedire.

Quæ conſtitutiones à Tertiarijs ſeruandæ.

Ex eiſdem.

Pro regimine autem, & conſeruatione eiuſdem Ordinis volumus ad vnguem obſeruari conſtitutiones editas à Reuerendiſsimo Vicario generali domino fratre Antonio de Trexo, nunc Epiſcopo Carthaginenſi, quas quidem authoritate Capituli generalis approbamus, & confirmamus.

De fratribus aliorum obſequio ſe emancipantibus.

Nullius ſæcularis obſequio ſra-

Ex Tolet. 158. ex Cõcil. Trid. c. 4. ſeſſ. 25.

CVm nil magis ſit in Religionibus cõmendãdum, quàm Prælatorum obedientia, ideò ſancta Tridentina Sinodus præcipit, ne quis regularis ſine ſui ſupe-

ſuperioris licentia prædicationis, aut lectionis, aut cuiuſuis pij operis prætextu ſubijciat ſe obſequio alicuius Prælati, principis, vel cuiuſcumque perſonæ: neque ei aliquod priuilegium, aut facultas ab eis ſuper ijs obtenta ſuffragetur. Quod ſi contra fecerit, tanquam inobediens arbitrio ſuperioris puniatur.

(… tres ſe ſubijciāt ſine ſuperioris licentia.)

(Ex eiſdem Tolet.) Item fratres non ſint iudices, nec arbitri quorumcunque, nec in alijs Ordinem noſtrum non concernentibus ſe aliqualiter intromittant. Et quicumque aliter contra fecerit, omnibus actibus legitimis priuetur.

(Nec ſint arbitri, nec in alienis ſe ingerāt.)

(Ex eiſdem.) Ideò etiam inhibemus, ne fratres ſint teſtamentorum executores, vel aliquarum dotationum patroni: ſi in his miniſterijs interuenire debet pecuniarum contrectatio: verùm cùm hęc munera præſtari interdum poſsint, ſine pecuniæ contrectatione, & ſine miniſterio iudiciali, poterunt fratres de ſuorum ſuperiorum licentia, hæc munera exercere, conſilia ſalutaria exhibendo, & executionem bonorum operum procurando.

(Nec teſtamentorum executores nec dotatiònum patròni, ſi pecunia interueniat.)

(?)

DE

DE CORRECTIONE DElinquentium. Cap. VI.

De viſitatione.

Generalis totum Ordinem viſitare conetur.

VT verò quę corrigenda ſunt, Prælatorum iudicium non ſubterfugiant, admonemus Reuerendiſsimum Patrem Generalem, vt quantum fieri commodè poſsit, vniuerſum Ordinem intra ſexennium viſitare, & in omnibus Capitulis Prouincialibus intereſſe conetur. Ex Salmāc. c. p. 8. & ex Aquilan. 1559. ex Apoſt. Leo 10. & Pij 5.

Commiſſarius generalis ſuam familiam, & Prouinciales ſuas Prouincias itē.

Ita quoque Commiſſarius Generalis debet intra triennium, ſi fieri poteſt, totam familiam viſitare, & Comitia Prouincialia, ſi illi commoditas adſit, celebrare. Prouinciales verò ſingulis annis debent totam Prouinciam viſitare accuratè. Ex eiſdem.

Exhortatio fiat.

Forma autem in viſitatione ſeruanda hæc ſit. Primò exhortatio de more fiat, in qua Verbum Dei proponatur fratribus in Capitulo congregatis (vt iura decernunt. Ex Tolet. 1583. cap. Rom. de cēſibus, lib. 6.

Sacramentũ ornamēta, & Reliquiæ viſitentur.

Deinde verò ante omnia Sacramentum viſitetur, & ſacellum in quo ornamēta, & Reliquiæ continentur, perluſtretur. Ex eiſdem Tolet.

AedificiaCōuentus itē.

At deinde totius Conuentus ædificia adeantur, vt Prælatis conſtare poſsit, an quæ ad honeſtatem, & clauſuram pertinent, rectè ſint diſpoſita. Ex eiſdem.

Locus infirmorum.

Infirmaria ſpecialiter Prælati ingrediantur, proprijs oculis conſpicientes, an quæ ſunt ad infirmorum indigentiam neceſſaria, ſint ſufficienter prouiſa. Ex eiſdem.

Bibliothecę viſitandæ.

Bibliothecas etiam Miniſtri diligenter, & accuratè viſitent, & librorum inuentaria recognoſcant, & de eorum tutela, & conſeruatione ſolicitam curam gerant. Ex conſtit. Sixt. 5. cum moderat. Clem. 8.

Singuli fratre accerſēdi, & interrogandi.

His peractis, ſinguli fratres interrogentur à Prælatis ſecreto de omnibus negligentijs vitam communem concernentibus, vt potè, ſi lex Dei, & regula, & conſti- Ex Tolet. & ex eiſdē.

conſtitutiones, & Concilium Tridentinum obſeruentur in vita communi, & regulari. Inquirentes, ſi regularis diſciplina collapſa ſit; ita vt ieiunia, orationes, diſciplinæ, cultus diuini officij, & paupertas detrimentum patiantur. Hæc ergo pro virili, magna cum acrimonia ſunt inquirenda.

Ex eiſdem. Poſteà Capitulum culparum celebrabitur, in quo correctione, fiant, & quę ſunt admonenda, & ordinanda proponantur, vt vita regularis, ſi fuerit collapſa, reſtauretur, ſi verò inuiolata fuerit, conſeruetur. Capitulum culparũ celebrãdum.

Pro eiſdẽ. Viſitationes omnes locorum, & rerum, cum decretis pro reformatione in ſingulis Cõuentibus ordinatis ſcripto mandentur, & à Viſitatore ſubſcriptæ, & ſigillatæ in libro ad hoc deputato aſſeruentur. Viſitationes ſcripto notandæ.

Ex Concil. Tridẽ. ſeſſ. 21. cap. 8. & ſeſſ. 25. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 10. de reformat. In omnibus his, quæ ad viſitationem ac morum reformationem, & correctionem ſpectant, ex ſacris, & Apoſtolicis ſanctionibus ius, & poteſtatem habẽt Viſitatores ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, iuxta tamen generalia, ac Prouincialia ſtatuta, quæ illis prudenter pro ſubditorum emendatione, ac Prouinciarum vtilitate neceſſaria videantur. In cauſa viſitationis, & correctionis Viſitatoribus libera poteſtas.

Ex eiſdem. Nec executionem eorum, quæ mandauerint, decreuerint, aut iudicauerint in viſitatione, vlla inhibitio, appellatio, ſeu querela, etiam ad ſuperiores interpoſita, quoquomodo impedire, aut ſuſpendere poteſt. In eiſdem inhibitio appellatio exemptio, ſeu querella nulla ſit.

De correctione.

In lib. Monumẽt. Ordinis, ſol. 125. *Bonifacius Papa VIII. Ad augmentum continuum Religionum, & Ordinum (quos Romana ſuſcepit, & approbauit Eccleſia) paternis ſtudijs intendentes, & conſiderantes attentius, quod non intermiſſa ſedulitas diſciplinæ, & rigoris Ordinis ſupradictos ſtatuſque regulares ſalubriter dirigit & conſeruat, quodque ſi eam perire, vel remitti contigerit, ordo quilibet collabi neceſſario cogeretur: pẽſanteſq;* Facultas Apoſtolica ſuperioribus Ordinis cõceſſa procedendi cõtra delinquentes ſimul is iuris poſtpoſitis.

quòd ſi regularium perſonarum correctio rimas iuris, & apices ſequeretur, huiuſmodi rigor lenteſceret, ac multiplici laxatione torperet.

Conceſsio, vt ſecũdùm conſuetudines, & ſtatuta liberè procedatur

Nos pijs veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus, vt ad correctiones, & punitiones fratrum eiuſdem Ordinis delinquentium infligendas Prælati Ordinis ſupradicti: (ad quos eadem ſpectare noſcuntur) rimulis iuris, & apicibus eius poſtpoſitis, liberè procedere valeant ſecundùm conſuetudines approbatas: & generalia facta, vel fienda ipſius Ordinis inſtituta.

Non licet appellare.

Nec volumus eiſdem licere fratribus ab eiſdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare, prauia deliberatione, ac maturitate debita obſeruatis.

Subſtantialis iuris ordo in actibus iudicialibus ſeruãdus.

Cùm hæc Apoſtolica conſtitutio condita ſit ad propulſandas ſubditorum calumnias, & ad compeſcendam Prelatorum nimiam in puniendis criminibus licentiam, declaramus, quòd licèt Prælati omnes non teneantur ad apices iuris, vt ſunt citationes, dilationes, ſententię interlocutoriæ, & diffinitiuæ, & alia plura quæ non ſunt de ſubſtantia iuſtitiæ, non tamen poſſunt Prelati, in actibus iudicialibus ſecundùm ſuum arbitrium procedere, cùm certum ſit lege diuina, & naturali teneri ad ordinem ſubſtantialem iuris. Ex Toleti 1583.

Cõtra inauditam partem, vel nõ conuictum, aut confeſſum ſententia grauis non ferenda.

Ideò ſtatuimus, vt nullus Prælatus contra inauditam partem, nec contra eum qui non fuerit ſufficienter conuictus, aut confeſſus ſententiam aliquam grauem ferat: qua quiſpiam, vel actibus legitimis, vel officijs Ordinis priuetur, vel in exilium relegetur, aut notabile aliquod nocumentum reo inferatur, & oppoſitum facientes, officijs Ordinis perpetuò priuentur. Ex eiſdem.

Quid ad inquirendum nominatim requiratur.

Rurſus inhibemus, ne Prælati inquirant nominatim de peccato alicuius, niſi is religioſus fuiſſet infa- Ex eiſdem.

mia iure reſperſus de eo crimine, aut niſi eſſent indicia euidentia, vel probabilia contra eum de quo facienda eſt inquiſitio.

Ex eiſdem. Caueant autem Prælati, ne crimen aliquod graue imponant iudicialiter ſuis ſubditis, vt ad obiectum crimen reſpondeant, niſi pręter denuntiatorem, ſit alius teſtis fidedignus, iuridicè interrogatus, vel niſi reus infamia, aut indicijs euidentibus eſſet grauatus. Et qui ſecus fecerit, grauiter puniatur. Quid item ad crimen imponendum.

Ex eiſdem. Tamen ſi quis fuerit conuictus de aliquo crimine, per duos, vel tres, aut quatuor teſtes, ſi tamē eſt omnino occultum inter cæteros religioſos, (vt ſæpè contingit) tunc non publicè, ſed ſecretè coram teſtibus eſt debitè reus ille frater puniendus. Occultum crimen qualiter puniēdum.

Ex eiſdem. Si verò crimen eſt atrox, vt nefandum, publicè eſt reus corrigendus, ſi fuerit legitimè conuictus, quamuis ſit omnino occultum inter reliquos Conuentus fratres. Atrox itē.

Ex eiſdem. Ad pacem inter fratres tuendam, ordinamus, vt Prælati nullo modo teſtium, nec accuſantium nomina reis manifeſtent, etiam ſi procedāt ad vindictam, & punitionem, niſi quando iuſtitia periclitaretur in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis: nam in hoc caſu ſi rei puniendi petant teſtium publicationem fieri, non eſt illis deneganda. Accuſantiū & teſtiū nomina quomodo manifeſtāda, aut celanda.

Ex eiſdem. Sed ſi contra reum fuerit tantum ſemiplena probatio, vel infamia, aut indicia ſufficientia, poterit Prælatus eum cenſuris cogere, vt veritatem fateatur. Quod ſi noluerit reus crimen obiectum manifeſtare, poterit ſuperior (ſi illi viſum fuerit expedire) eum ad tormentum damnare, niſi reus eſſet aliquis magni nominis religioſus: nam patrem quempiam alias benemeritum ad torturam condemnare indecens omnino videri debet, niſi criminis immanitas aliud exigeret. Reus cogēdus, vt veritatem fateatur, niſi, &c.

Ex eiſdem. Quod ſi veritatē fateatur, pœna ordinaria in ſacris Canonibus, vel in noſtris ſtatutis inflicta puniatur. Si verò obiectum crimen omnino negauerit, liber reus euadat: quia per torturam ſi ſufficienter reus Quid ſi fateatur quidve ſi negauerit faciēdū.

 tor-

torquetur iuxta delicti qualitatem ſunt indicia omnia diluta, & compurgata, ſi verò non fuerit prędictus reus ad torturam damnatus, pœna mitiori ab ordinaria plectatur ſecundùm qualitatem delicti, & indiciorum.

Complices non manifeſtandi, niſi, &c.

Admonemus item omnes Prælatos ne cogāt reos, vt complices manifeſtent, niſi in caſu, in quo complices ipſi eſſent aliquo modo infamati, vel indicijs grauati, vel niſi peccatum de quo ſit inquiſitio eſſet in alicuius communitatis ſubuerſionem, vt ſunt cōſpirationes, & proditiones. Ex eiſdem.

Teſtes quãrat on ſpoſſint eſſe cō plices.

Complices verò in eodem peccato, licèt non ſint teſtes ſufficientes, ad conuincendum criminis patratorem vt pœna ordinaria animaduertatur reus, ſufficiunt tamen, vt reus ad torturam damnetur, vel alia pœna arbitraria plectatur. Ex eiſdem.

Peccata iā punita non iterum reuocāda ſub pœna.

Ordinamus prętereà, vt nullus Prælatus poſsit ad iudicium ſeu in dubium reuocare delicta & peccata per ſuos prædeceſſores punita, vel viſitata. Et contrarium facientes, actibus legitimis ſint priuati. Ex eiſdem.

De anteceſſorū exceſſibus cognoſcere nefas, niſi, &c.

Et eiſdem pœnis plectatur qui de ſuorum anteceſſorum exceſsibus velit cognoſcere, & iudicare, niſi in Capitulo fuerit illi ſpecialiter ſub literis authenticis commiſſum. Ex eiſdem.

Itē de delictis ab alijs ante Capitulum commiſsis.

Nec poſt Capitulum celebratum, poſsit procedere pro delictis, antea à quocumque commiſsis, niſi de conſilio Diffinitorij. Pro eiſdē, ex Cap. Gene. Segoui. 1 21.

Vltra ſemeſtre proceſſus non ſeruandi.

Nullus tandem Prælatus vltra ſemeſtre à die in quo eius officium ſpirat, computandum poſsit reſeruare proceſſus & actus iudiciales, & niſi intra prædictum terminum iuſtitiam fieri quiſpiam poſtulauerit, perpetuum ſilentium imponatur. Ex Salmāt. c. o.

Forma iudicialibꝰ procedendi communiter obſeruanda præſcribatur.

Vt in adminiſtranda iuſtitia, exceſſibus corrigendis, & viſitationibus obeundis, vna ſit omnibus ordinis Prælatis, & Viſitatoribus communis prçceder di via, Reuerendiſsimus Pater Miniſter Generalis, de conſilio aliquorum peritorum Patrum, certum, ac prçfixum conferat modum, vniformiter ab omnibus, Ex Romā. 1e co.

& irre-

& irrefragabiliter obſeruandum, in iudicijs peragendis, circa illa præſertim, quæ ſunt in ordine iudiciali de ſubſtantia iuris Pontificij.

Ex Rom. 1587.

Delicta de vna ad aliã viſitationẽ reſeruãs puniendus.

Cauetur, vt quicumque fratrum ordinario Prælato, quæ digna ſunt viſitatione, & correctione minimè detexerit, illa abſq; legitima cauſa aliæ viſitationi futuræ reſeruans (niſi de prætenſa huiuſmodi cauſæ legitimatione ſatis conſtiterit) acriter puniatur tanquam pacis perturbator.

Ex eiſdem.

Delinquẽs non ideò liberatur à pœna debita.

Nec ideò delinquentes viſitandi à crimine abſoluti exiſtimentur, ſed delictorum ſuorum ſub Generalibus Prælatis, ſiue eorum Commiſſarijs debitas luent pœnas.

De appellatione.

Ex Salmãt. c. 7.

Recurrẽtes ad tribunalia ſæcularia quibus pœnis obnoxij.

QVicunque ſub prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ aduocatos procuratores, & iudices ſæculares, vel quomodocumque ad ſæculare tribunal recurrerit, aut pro conſilio, aut fauoris petendi gratia is actibus legitimis priuatus grauiùs etiam puniatur ſuperioris arbitrio.

Ex Bul. confirm. per ill. Pij V. & ſi mendicantium.

Qui ad locorum ordinarios recurrunt puniendi.

Qui verò ad locorum ordinarios eiſdem de cauſis recurſum habuerit, grauiter, etiam Generalis, vel Prouincialis arbitratu puniri debet, vt Apoſtolica ſanctione cautum eſt.

Ex conſt. Ap. Grego. XIII. quonã noſtro paſtorali.

Appellãtes ad eiuſmodi tribunalia excommunicati.

Qui autem timore Dei poſtpoſito, & ſuæ profeſſionis immemores ad tribunalia ſæcularia appellare, & ad ea temere confugere auſerint, vltra excommunicationis pœnam ipſo facto incurrendam, cuius abſolutio à nemine, niſi à ſanctiſsimo Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo obtineri poteſt, priuatione vocis actiuæ, & paſsiuæ, & officiorum ordinis, & inhabilitate perpetua ad illa, & alia quæcumque exercenda plectendi ſunt ad Apoſtolicæ ſanctionis præſcriptum.

Ex ſtatut. Iulij II. ca. 1. p. 9.

Non licet appellare de pœnis ad correctionẽ eorum impoſitis.

Præterea conſtitutionibus Apoſtolicis cautum eſt ſub Anathematis pœna, & actuum legitimorum priuatione, ne quis noſtri Ordinis fratrum appellare præſu-

præſumat de correctionibus, mutationibus, punitionibus, priuationibus, & obedientijs, & ſimilibus, quæ ad correctionem morum imponuntur, per quoſcumque ſuperiores, niſi cum Prælati ipſi exceſſerint, manifeſtè limites Regulæ, & Ordinis ſtatuta.

Qualiter puniendus de eiſdem appellans.

Qua propter qui de correctionibus, vel pœnitentijs leuibus eiuſmodi in quibus parum iniuriæ religioſo irrogatur, appellare preſumpſerit, tanquam rebellis, & inobediens vſque ad carcerationem, ſi nō reſipuerit, puniatur. Ex eiſdem.

Appellatio vbi locū habet admittēda.

Cùm tamen appellatio ſit ſpecies quædam defenſionis, & defenſio, quæ eſt de iure naturali, nemini ſit deneganda, idcircò vbi appellationi locus ſit, eam admittendam eſſe decernimus, in cauſis videlicet grauiſsimis, in mandatis, aut correctionibus exceſsiuis, quibus vel pœna carceris, vel priuationis officij prælationis, ſiue actuum legitimorum infertur, ſi tamen modus regularis, & legitimus excedatur in eiſdem ferendis.

Ex iure Can. 1. q. 6. omnes oppreſſos, & c. ſi quis, c. placuit, & ex Nauar. lib. 1. Conſil. 4. Rodriguez to. 1. q. 19. artic. 2. ex conſtit. Ap. Gre. XIII. Quoniā noſtro.

In quibus ſentētia exequenda appellatione poſtpoſita.

In criminibus verò grauibus, & ſcandaloſis, etiam ſi appelletur, ſi reus confeſſus, vel conuictus fuerit, ſententia exequatur, appellatione non obſtante, nec eius appellatio admittatur, ſi fuerit confeſſus. Pro eiſdem ex Segoui. 1621.

In cauſis viſitationis, neque ante diffinitiuā ſenteutiam appellat o non deferēda.

Ne autem remedio ad innocentiç præſidium inſtituto Rei ad iniquitatis defenſionem abutantur, vt eorum caliditati, & tergiuerſationi occurratur, ſacræ Tridentinæ Synodi decretis inhærendo, ſtatuimus, & decernimus, vt in cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus, à Prouinciali ante diffinitiuam ſententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque grauamine non appelletur, nec Prouincialis, aut eius Vicarius appellationi huiuſmodi, tanquam friuolæ deferre teneatur, ſed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, nec non omni ſtylo, & conſuetudine contraria non obſtante, ad vlteriora valeat procedere.

Ex Concil. Tridē. ſeſſ. 13. c. 1. ſeſſ. 22. c. 1. ſeſſ. 19. c. 10. de reform.

In quibus ante diffinitiuā liceat appellare.

Si verò grauamen de quo appellatur, per diffinitiuam ſententiam reparari, vel ab ipſa diffinitiua Ex eiſdem.

appella-

appellari non poſsit, vt eſt pœna torturæ: tunc iuxta antiquorum Canonum ſtatuta teneatur Prouincialis huiuſmodi appellationi deſerre.

Ex conſtit. Gre. XIII. ſupra citata, & ex Pariſ. 1579.

Ordo in appelatione ſeruandus.

Vbi verò appellationi locus fuerit, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad ſanctiſsimum Romanum Pontificem ſupremum in Eccleſia iudicem appelletur, prout conſtitutione Apoſtolica iam cautum eſt, ita quod ad ſuperiores recurrere non licèat, niſi poſt ſententiam ab inferiore datam.

Ex Vltramont. c. 7.

Pœnæ in eũdem ordinẽ violantes.

Qui autem ſupradictum recurſus ordinem temerè violauerit, is omni ſuffragiorum iura, triennio careat, & bimeſtri carceri mancipetur, etiam ſi ad Curiam Romanam, ſupra dicta forma prætermiſſa, ſine ſuperiorum licentia adire auſerit, prout decreto Apoſtolico cautum eſt, qui etiam pœnis ſupra poſitis ſubiaceat.

Ex eiſdem Pariſien.

Appellante reo quid agendum.

Poſtquàm reo, ſi appellauerit, Miniſter Prouincialis proceſſus copiam fidelem aſsignare teneatur clauſam, & ſigillatam, afferendam per ipſum ad iudicem appellatum cum obedientia eum adeundi.

Ex eſdem & ex Conc. Tridét. ſeſſ. 13. ca. 3. de reform.

Quid item ſuſpectus de fuga.

Verùm ſi reus videbitur dignus ſuſpectus de fuga, non permittatur adirè, ſed remaneat in loco detentionis, & proceſſum iudex à quo mittat, vt ſupra ad dictum iudicem appellatum intra triginta dies, alioquin abſque illo cauſa appellationis huiuſmodi, prout iuſtitia ſuaſerit, terminetur, vt ſacra Tridentina Synodo cauetur.

Ex Concil. Trid. ſeſ. & c. eiſdem.

Iudex appellationis acta primæ inſtantiæ videre debet.

Iudex verò ad quem appellatum fuerit, niſi coram eo appellans acta, ſiue proceſſum primæ inſtantiæ omnino producat, vel iudex à quo illa ſibi remittat, eaquè accuratè videat, ad eius abſolutionem, aut cauſæ cognitionem minimè procedat, alioquin abſolutio, & inde ſecuta quæcumque irrita cenſeantur.

Ex Pariſié ſupra cit.

Reo benè, vel malè iudicato quid faciendum.

Et ſi reus repertus fuerit indebitè iudicatus, vel grauatus, puniatur iudex à quo fuit appellatum, ſi verò recte iudicatus reperiatur, ei pœna iniuncta duplicetur.

Ante ſententiam recurrens remittẽdus, & puniendus. — Ex eiſdem.

Si autem ſententia diffinitiua non expectata, ſuperiores ipſos adierit ad iudicem á quo diſceſſit remittatur, & eius iudicium expectet, ac Apoſtaſiæ pœnã luat.

Appellationis cauſa cui committẽda in partibus. — Ex Vltramontan.

Quod ſi appellationis cauſam in partibus committi contigerit, aliquibus probatiſsimis Patribus ex vicinioribus Prouincijs committatur, qui nulla ſint ratione ſuſpecti.

Pœnarũ enumeratio. — Ex Vltramon.c.8.

Pœnas autem antiquis Ordinis conſtitutionibus ſingulis defectuum delictorum, & exceſſuum generibus iam præſcriptis innouantes, hic ordine ponendas decreuimus.

De pœna talionis.

Falſi teſtes & accuſatores nõ probantes. — Ex Salmãt. c.10. ex Ap. S. Damaſi conſt.

POena talionis in primis puniantur teſtes falſi, & accuſatores, qui crimen obiectum cõtra aliquem fratrem non ſufficienter probauerint.

Iam punitũ accuſantes. — Et Salmã. c. 10. & Tole. 1583.

Eademque pœna plectantur, qui ſcienter aliquem accuſauerint de eo crimine, de quo olim facta eſt ſufficiens á Prælato punitio.

Iudicialiter abſolutum, item. — Ex eiſdem.

Item, qui ex malitia fratrem accuſauerit de illis exceſsibus á quibus accuſatus fuit iudicialiter abſolutus, eandem talionis pœnam ſubeat.

De priuatione officiorum Ordinis.

Priuatio officiorũ quid ſit. — Ex Salmã. c.7. & Tole. 1581.

POena priuationis officiorum Ordinis ſolùm claudit inhabilitatem, ne quiſpiam poſsit eſſe Prælatus, Præſidens, Commiſſarius, Viſitator, Vicarius, vel confeſſor monialium.

De priuatione actuum legitimorum.

Actuum legitimorum priuatio quid. — Ex Tolet. eiſdem.

PRiuatio verò actuũ legitimorum, nõ ſolùm eſt inhabilitatio ad prædicta omnia Ordinis officia, ſed etiam eſt inhabilitatio ad eſſe Diffinitorem, Diſcretum, Cuſtodem, Lectorem, Confeſſorem, & Magiſtrum nouitiorum, & ad habendam vocem actiuam, & paſsiuam in quacumque electione.

Qui

Ex eiſdem, & Salm.c.7. Qui verò ſic eſt priuatus poteſt quorumcumque ſacrorum ordinum executionem exequi, & eſſe teſtis in iudicio, & ſi non fuerit ordinatus, poterit etiam ſacris ordinibus initiari. Taliter priuato quæ liceant, & quæ non.

De pœna proprietariorum.

Ex prim. Barck. & ex Salm. c. 5. POena proprietariorum eſt priuatio actuum legitimorum, & carceratio, & ſepulturæ Eccleſiaſticæ, ſi quiſpiam fuerit proprietarius cũ ab hac luce receſſerit: & ſi reus nõ fuerit clericus, ſed laicus, clauditur in pœna proprietarijs inflicta caparonis induitio. Proprietarij pęnaque lis.

De pœna carceris.

Ex Salmãt. cap. 6. & ex Tolet. eiſdem. POena carceris eſt reclusio alicuius fratris in aliquo obſerato loco ſine habitu facta authoritate Generalium Prælatorum, aut Miniſtri Prouincialis cum priuatione actuum legitimorum, & omnium Ordinum executione. Quę ſit pœna carceris, & quæ illã conſequantur.

Ex prim. Barchi. & Salmant. & Tolet. eiſdem. Nam ex quo quiſpiam eſt carceri mancipatus, eſt ipſo facto actibus legitimis priuatus per triennium, & qui liberatur à carcere, non propter hoc reſtituitur ad actus prædictos, niſi hoc illis beneficium explicite impendatur. Carceratus eo ipſo actibus legitimis priuatur.

Ex eiſdem. Atque adeò Guardiani nequeunt aliquem fratrẽ carceri mancipari. Verùm ſi crimen aliquod graue fuerit commiſſum, poterit Guardianus delinquentem catenis cõſtrictum in locum carceris detrudere cum habitu: qui nimirũ locus potiùs domus diſciplinæ, quam carcer in hoc caſu erit appellandus. Guardianis non licet quempiam carcere mãcipare.

Ex eiſdem. Verùm, vt atrocia crimina dignè puniantur, ſint in Conuentibus ſingulis, carceres fortes, humani tamen, & lucidi vt carceri mancipati poſſint diuinum officium perſoluere. Carceres habẽdi, & quales.

Ex eiſdem Salmant. & Tolet. Atque ob nullum crimen, quod non fuerit enorme; poterit quiſpiam in carcerem detrudi. Enormem culpam appellamus ratione generis peccati vt eſt inobedientia contumax, lapſus carnis, & percuſſio grauis: aut ratione circunſtantię, vt furtum ſępè, & cum ſcandalo repetitum. Ob enorme delicta dũtaxat licet carcerari, & quid tale cẽſendum.

M His

DE CORRECTIONE DElinquentium. Cap. VI.

De viſitatione.

Generalis totum Ordinem viſitare conetur.

VT verò quę corrigenda ſunt, Prælatorum iudicium non ſubterfugiant, admonemus Reuerendiſsimum Patrem Generalem, vt quantum fieri commodè poſsit, vniuerſum Ordinem intra ſexennium viſitare, & in omnibus Capitulis Prouincialibus intereſſe conetur. Ex Salmā. c. p. 8. & ex Aquilan. 1559. ex Apoſt. Leo 10. & Pij 5.

Commiſſarius generalis ſuam familiam, & Prouinciales ſuas Prouincias item.

Ita quoque Commiſſarius Generalis debet intra triennium, ſi fieri poteſt, totam familiam viſitare, & Comitia Prouincialia, ſi illi commoditas adſit, celebrare. Prouinciales verò ſingulis annis debent totam Prouinciam viſitare accuratè. Ex eiſdem.

Exhortatio fiat.

Forma autem in viſitatione ſeruanda hæc ſit. Primò exhortatio de more fiat, in qua Verbum Dei proponatur fratribus in Capitulo congregatis (vt iura decernunt. Ex Tolet. 1583. cap. Rom. de cẽſibus, lib. 6.

Sacramentũ ornamẽta, & Reliquiæ viſitentur.

Deinde verò ante omnia Sacramentum viſitetur, & ſacellum in quo ornamẽta, & Reliquiæ continentur, perluſtretur. Ex eiſdem Tolet.

Aedificia Cõuentus item.

At deinde totius Conuentus ædificia adeantur, vt Prælatis conſtare poſsit, an quæ ad honeſtatem, & clauſuram pertinent, rectè ſint diſpoſita. Ex eiſdem.

Locus infirmorum.

Infirmaria ſpecialiter Prælati ingrediantur, proprijs oculis conſpicientes, an quæ ſunt ad infirmorum indigentiam neceſſaria, ſint ſufficienter prouiſa. Ex eiſdem.

Bibliothecę viſitandæ.

Bibliothecas etiam Miniſtri diligenter, & accuratè viſitent, & librorum inuentaria recognoſcant, & de eorum tutela, & conſeruatione ſolicitam curam gerant. Ex conſtit. Sixt. 5. cum moderat. Clem. 8.

Singuli fratre accerſẽdi, & interrogandi.

His peractis, ſinguli fratres interrogentur à Prælatis ſecreto de omnibus negligentijs vitam communem concernentibus, vt potè, ſi lex Dei, & regula, & conſti- Ex Tolet. & ex eiſdẽ.

conſtitutiones, & Concilium Tridentinum obſeruentur in vita communi,& regulari. Inquirentes,ſi regularis diſciplina collapſa ſit,ita vt ieiunia,orationes,diſciplinæ,cultus diuini officij, & paupertas detrimentum patiantur. Hæc ergo pro virili, magna cum acrimonia ſunt inquirenda.

Capitulum culparũ celebrãdum.

Ex eiſdem. Poſteà Capitulum culparum celebrabitur, in quo correctiones fiant,& quę ſunt admonenda, & ordinanda proponantur,vt vita regularis, ſi fuerit collapſa, reſtauretur, ſi verò inuiolata fuerit, conſeruetur.

Viſitationes ſcripto notendæ.

Pro eiſdẽ. Viſitationes omnes locorum,& rerum,cum decretis pro reformatione in ſingulis Cõuentibus ordinatis ſcripto mandentur,& à Viſitatore ſubſcriptæ,& ſigillatæ in libro ad hoc deputato aſſeruentur.

In cauſa viſitationis,& correctionis Viſitatoribus libera poteſtas.

Ex Concil. Tridẽ. ſeſſ. 21.cap.1.& ſeſſ.11.c.1. & ſeſſ. 14.c. 10.de reformat. In omnibus his,quæ ad viſitationem ac morum reformationem,& correctionem ſpectant, ex ſacris, & Apoſtolicis ſanctionibus ius,& poteſtatem habēt Viſitatores ea ordinandi,moderandi,puniendi,& exequendi,iuxta tamen generalia,ác Prouincialia ſtatuta,quæ illis prudenter pro ſubditorum emendatione, ac Prouinciarum vtilitate neceſſaria videantur.

In eiſdem inhibitio appellatio exemptio, ſeu querella nulla ſit.

Ex eiſdem. Nec executionem eorum,quæ mandauerint,decreuerint,aut iudicauerint in viſitatione, vlla inhibitio,appellatio,ſeu querela, etiam ad ſuperiores interpoſita, quoquomodo impedire, aut ſuſpendere poteſt.

De correctione.

Facultas, Apoſtolica ſuperioribus Ordinis cõceſſa pro cedendi cõtra delinquentes remulis iuris poſtpoſitis.

In lib.Monumẽt. Ordinis, ſol. 145. *Bonifacius Papa VIII. Ad augmentum continuum Religionum,& Ordinum(quos Romana ſuſcepit,& approbauit Eccleſia)paternis ſtudijs intendentes,& conſiderantes attentiùs,quod non intermiſſa ſedulitas diſciplinæ, & rigoris Ordinis ſupradictos ſtatuſque regulares ſalubriter dirigit & conſeruat,quodque ſi eam perire,vel remitti contigerit, ordo quilibet collabi neceſſario cogeretur: pẽſanteſq;*

mia iure reſperſus de eo crimine, aut niſi eſſent indicia euidentia, vel probabilia contra eum de quo facienda eſt inquiſitio.

Ex eiſdem. Caueant autem Prælati, ne crimen aliquod graue imponant iudicialiter ſuis ſubditis, vt ad obiectum crimen reſpondeant, niſi preter denuntiatorem, ſit alius teſtis fidedignus, iuridicè interrogatus, vel niſi reus infamia, aut indicijs euidentibus eſſetgrauatus. Et qui ſecus fecerit, grauiter puniatur. Quid item ad crimen imponendum.

Ex eiſdem. Tamen ſi quis fuerit conuictus de aliquo crimine, per duos, vel tres, aut quatuor teſtes, ſi tamē eſt omnino occultum inter cæteros religioſos, (vt ſæpe contingit) tunc non publicè, ſed ſecretè coram teſtibus eſt debitè reus ille frater puniendus. Occultum crimen qualiter puniēdum.

Ex eiſdem. Si verò crimen eſt atrox, vt nefandum, publicè eſt reus corrigendus, ſi fuerit legitimè conuictus, quamuis ſit omnino occultum inter reliquos Conuentus fratres. Atrox itē.

Ex eiſdem. Ad pacem inter fratres tuendam, ordinamus, vt Prælati nullo modo teſtium, nec accuſantium nomina reis manifeſtent, etiam ſi procedāt ad vindictam, & punitionem, niſi quando iuſtitia periclitaretur in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis: nam in hoc caſu ſi rei puniendi petant teſtium publicationem fieri, non eſt illis deneganda. Accuſantiū & teſtiū nomina quomodo manifeſtāda, aut celanda.

Ex eiſdem. Sed ſi contra reum fuerit tantum ſemiplena probatio, vel infamia, aut indicia ſufficientia, poterit Prælatus eum cenſuris cogere, vt veritatem fateatur. Quod ſi noluerit reus crimen obiectum manifeſtare, poterit ſuperior (ſi illi viſum fuerit expedire) eum ad tormentum damnare, niſi reus eſſet aliquis magni nominis religioſus: nam patrem quempiam alias benemeritum ad torturam condemnare indecens omnino videri debet, niſi criminis immanitas aliud exigeret. Reus cogēdus, vt veritatem fateatur, niſi, &c.

Ex eiſdem. Quod ſi veritatē fateatur, pœna ordinaria in ſacris Canonibus, vel in noſtris ſtatutis inflicta puniatur. Si verò obiectum crimen omnino negauerit, liber reus euadat; quia per torturam ſi ſufficienter reus Quid ſi fateatur quidve ſi negauerit faciēdū.

 tor-

torquetur iuxta delicti qualitatem ſunt indicia omnia diluta, & compurgata, ſi verò non fuerit prędictus reus ad torturam damnatus, pœna mitiori ab ordinaria plectatur ſecundùm qualitatem delicti, & indiciorum.

Complices non manifeſtandi, niſi, &c.

Admonemus item omnes Prælatos ne cogãt reos, vt complices manifeſtent, niſi in caſu, in quo complices ipſi eſſent aliquo modo infamati, vel indicijs grauati, vel niſi peccatum de quo ſit inquiſitio eſſet in alicuius communitatis ſubuerſionem, vt ſunt cõſpirationes, & proditiones. Ex eiſdem.

Teſtes qua ratione poſſint eſſe complices.

Complices verò in eodem peccato, licèt non ſint teſtes ſufficientes, ad conuincendum criminis patratorem, vt pœna ordinaria animaduertatur reus, ſufficiunt tamen, vt reus ad torturam damnetur, vel alia pœna arbitraria plectatur. Ex eiſdem.

Peccata iã punita non iterum reuocãda ſub pœna.

Ordinamus prętereà, vt nullus Prælatus poſſit ad iudicium ſeu in dubium reuocare delicta & peccata per ſuos prædeceſſores punita, vel viſitata. Et contrarium facientes, actibus legitimis ſint priuati. Ex eiſdem.

De anteceſſorũ exceſſibus cognoſcere nefas, niſi, &c.

Et eiſdem pœnis plectatur qui de ſuorum anteceſſorum exceſſibus velit cognoſcere, & iudicare, niſi in Capitulo fuerit illi ſpecialiter ſub literis authenticis commiſſum. Ex eiſdem.

Itẽ de delictis ab alijs ante Capitulum commiſſis.

Nec poſt Capitulum celebratum, poſſit procedere pro delictis, antea à quocumque commiſſis, niſi de conſilio Diffinitorij. Pro eiſdẽ, ex Cap. Gene. Segoui. 1 11.

Vltra ſemeſtre proceſſus non ſeruandi.

Nullus tandem Prælatus vltra ſemeſtre à die in quo eius officium ſpirat, computandum poſſit reſeruare proceſſus & actus iudiciales, & niſi intra prædictum terminum iuſtitiam fieri quiſpiam poſtulauerit, perpetuum ſilentium imponatur. Ex Salmãt. c. 0.

Forma in iudicialibus procedendi cõmuniter obſeruanda præſcribatur.

Vt in adminiſtranda iuſtitia, exceſſibus corrigendis, & viſitationibus obeundis, vna ſit omnibus ordinis Prælatis, & Viſitatoribus communis procedendi via, Reuerendiſſimus Pater Miniſter Generalis, de conſilio aliquorum peritorum Patrum, certum, ac prefixum conferat modum, vniformiter ab omnibus, & irre- Ex Rom. 1600.

& irrefragabiliter obſeruandum, in iudicijs peragendis, circa illa præſertim, quæ ſunt in ordine iudiciali de ſubſtantia iuris Pontificij.

Ex Rom. 1587. Cauetur, vt quicumque fratrum ordinario Prælato, quæ digna ſunt viſitatione, & correctione minimè detexerit, illa abſq; legitima cauſa aliæ viſitationi futuræ reſeruans (niſi de prætenſa huiuſmodi cauſæ legitimatione ſatis conſtiterit) acriter puniatur tanquam pacis perturbator. Delicta de vna ad aliã viſitationẽ reſeruãs puniendus.

Ex eiſdem. Nec ideò delinquentes viſitandi à crimine abſoluti exiſtimentur, ſed delictorum ſuorum ſub Generalibus Prælatis, ſiue eorum Commiſſarijs debitas luent pœnas. Delinquẽs non ideò liberatur à pœna debita.

De appellatione.

Ex Salmãt. c. 7. Qvicumque ſub prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ aduocatos procuratores, & iudices ſæculares, vel quomodocumque ad ſæculare tribunal recurrerit, aut pro conſilio, aut fauoris petendi gratia is actibus legitimis priuatus grauiùs etiam puniatur ſuperioris arbitrio. Recurrẽtes ad tribunalia ſæcularia quibus pœnis obnoxij.

Ex Bul. confirm. priu. Pij V. & ſi mendicantium. Qui verò ad locorum ordinarios eiſdem de cauſis recurſum habuerit, grauiter, etiam Generalis, vel Prouincialis arbitratu puniri debet, vt Apoſtolica ſanctione cautum eſt. Qui ad locorum ordinarios recurrunt puniendi.

Ex conſt. Ap. Grego. XIII. quoniã noſtro paſtorali. Qui autem timore Dei poſtpoſito, & ſuæ profeſſionis immemores ad tribunalia ſæcularia appellare, & ad ea temere confugere auſerint, vltra excommunicationis pœnam ipſo facto incurrendam, cuius abſolutio à nemine, niſi a ſanctiſsimo Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo obtineri poteſt, priuatione vocis actiuæ, & paſsiuæ, & officiorum ordinis, & inhabilitate perpetua ad illa, & alia quæcumque exercenda plectendi ſunt ad Apoſtolicæ ſanctionis præſcriptum. Appellãtes ad eiuſmodi tribunalia excommunicati.

Ex ſtatut. Iulij II. ca. 1. p. 9. Præterea conſtitutionibus Apoſtolicis cautum eſt ſub Anathematis pœna, & actuum legitimorum priuatione, ne quis noſtri Ordinis fratrum appellare præſu- Non liceat appellare de pœnis ad correctionẽ eorum impoſitis.

præſumat de correctionibus, mutationibus, punitionibus, priuationibus, & obedientijs, & ſimilibus, quæ ad correctionem morum imponuntur. per quoſcumque ſuperiores, niſi cum Prælati ipſi exceſſerint, manifeſtè limites Regulæ, & Ordinis ſtatuta.

Qualiter puniendus de eiſdem appellans.

Ex eiſdem.

Qua propter qui de correctionibus, vel pœnitentijs leuibus eiuſmodi in quibus parum iniuriæ religioſo irrogatur, appellare preſumpſerit, tanquam rebellis, & inobediens vſque ad carcerationem, ſi nō reſipuerit, puniatur.

Appellatio vbi locū habet admittēda.

Ex iure Can. 1. q. 6. omnes oppreſſos, & c. ſi quis, c. placuit, & ex Nauar. lib. 1. Conſil. 4. Rodriguez to. 1. q. 29. artic. 2. ex conſtit. Ap. Gre. XIII. Quoniā noſtro.

Cùm tamen appellatio ſit ſpecies quædam defenſionis, & defenſio, quæ eſt de iure naturali, nemini ſit deneganda, idcircò vbi appellationi locus ſit, eam admittendam eſſe decernimus, in cauſis videlicet grauiſsimis, in mandatis, aut correctionibus exceſsiuis, quibus vel pœna carceris, vel priuationis officij prælationis, ſiue actuum legitimorum infertur. ſi tamen modus regularis, & legitimus excedatur in eiſdem ferendis.

In quibus ſentētia exequenda appellatione postpoſita.

Pro eiſdem ex Segoui. 1621.

In criminibus verò grauibus, & ſcandaloſis, etiam ſi appelletur, ſi reus confeſſus, vel conuictus fuerit, ſententia exequatur, appellatione non obſtante, nec eius appellatio admittatur, ſi fuerit confeſſus.

In cauſis viſitationis, neque ante diffinitiuā ſenteutiam appellato non deferēda.

Ex Concil. Tridē. ſeſſ. 13. c. 1. ſeſſ. 22. c. 1. ſeſſ. 29. c. 10. de reform.

Ne autem remedio ad innocentię præſidium inſtituto Rei ad iniquitatis defenſionem abutantur, vt eorum caliditati, & tergiuerſationi occurratur, ſacræ Tridentinæ Synodi decretis inhærendo, ſtatuimus, & decernimus, vt in cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus, à Prouinciali ante diffinitiuam ſententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque grauamine non appelletur, nec Prouincialis, aut eius Vicarius appellationi huiuſmodi, tanquam friuolæ deferre teneatur ſed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, nec non omni ſtylo, & conſuetudine contraria non obſtante, ad vlteriora valeat procedere.

In quibus ante diffinitiuā liceat appellare.

Ex eiſdem.

Si verò grauamen de quo appellatur, per diffinitiuam ſententiam reparari, vel ab ipſa diffinitiua

appella-

appellari non poſsit, vt eſt pœna torturæ: tunc iuxta antiquorum Canonum ſtatuta teneatur Prouincialis huiuſmodi appellationi deferre.

Ex conſtit. Gre. XIII. ſupra citata, & ex Pariſ. 1579.

Ordo in appelatione ſeruandus.

Vbi verò appellationi locus fuerit, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad ſanctiſsimum Romanum Pontificem ſupremum in Eccleſia iudicem appelletur, prout conſtitutione Apoſtolica iam cautum eſt, ita quod ad ſuperiores recurrere non licèat, niſi poſt ſententiam ab inferiore datam.

Ex Vltramont. c. 7.

Pœnæ in eũdem ordinẽ violantes.

Qui autem ſupradictum recurſus ordinem temerè violauerit, is omni ſuffragiorum iura, triennio careat, & bimeſtri carceri mancipetur, etiam ſi ad Curiam Romanam, ſupra dicta forma prætermiſſa, ſine ſuperiorum licentia adire auſerit, prout decreto Apoſtolico cautum eſt, qui etiam pœnis ſupra poſitis ſubiaceat.

Ex eiſdem Pariſien.

Appellante reo quid agendum.

Poſtquàm reo, ſi appellauerit, Miniſter Prouincialis proceſſus copiam fidelem aſsignare teneatur clauſam, & ſigillatam, afferendam per ipſum ad iudicem appellatum cum obedientia eum adeundi.

Ex eſdem & ex Conc. Tridét. ſeſſ. 13. ca. 3. de reform.

Quid item ſuſpectus de fuga.

Verùm ſi reus videbitur dignus ſuſpectus de fuga, non permittatur adirè, ſed remaneat in loco detentionis, & proceſſum iudex à quo mittat, vt ſupra ad dictum iudicem appellatum intra triginta dies, alioquin abſque illo cauſa appellationis huiuſmodi, prout iuſtitia ſuaſerit, terminetur, vt ſacra Tridentina Synodo cauetur.

Ex Concil. Trid. ſeſ. & eiſdem.

Iudex appellationis acta primæ inſtantiæ videre debet.

Iudex verò ad quem appellatum fuerit, niſi coram eo appellans acta, ſiue proceſſum primæ inſtantiæ omnino producat, vel iudex à quo illa ſibi remittat, eaquè accuratè videat, ad eius abſolutionem, aut cauſæ cognitionem minimè procedat, alioquin abſolutio, & inde ſecuta quæcumque irrita cenſeantur.

Ex Pariſiẽ ſupra cit.

Reo benè, vel malè iudicato quid faciendum.

Et ſi reus repertus fuerit indebitè iudicatus, vel grauatus, puniatur iudex à quo fuit appellatum, ſi verò recte iudicatus reperiatur, ei pœna iniuncta duplicetur.

Si

Ante ſententiam recurrens remittendus, & puniendus. — Si autem ſententia diffinitiua non expectata, ſuperiores ipſos adierit ad iudicem à quo diſceſſit remittatur, & eius iudicium expectet, ac Apoſtaſiæ pœnam luat. — Ex eiſdem.

Appellationis cauſa cui committenda in partibus. — Quod ſi appellationis cauſam in partibus committi contigerit, aliquibus probatiſsimis Patribus ex vicinioribus Prouincijs committatur, qui nulla ſint ratione ſuſpecti. — Ex Vltramontan.

Pœnarũ enumeratio. — Pœnas autem antiquis Ordinis conſtitutionibus ſingulis defectuum delictorum, & exceſſuum generibus iam præſcriptis innouantes, hîc ordine ponendas decreuimus. — Ex Vltramon. c. 8.

De pœna talionis.

Falſi teſtes & accuſatores nõ probantes. — POena talionis in primis puniantur teſtes falſi, & accuſatores, qui crimen obiectum cõtra aliquem fratrem non ſufficienter probauerint. — Ex Salmãt. c. 10. ex Ap. S. Damaſi conſt.

Iam punitũ accuſantes. — Eademque pœna plectantur, qui ſcienter aliquem accuſauerint de eo crimine, de quo olim facta eſt ſufficiens à Prælato punitio. — Et Salmã. c. 10. & Tole. 1583.

Iudicialiter abſolutum, item. — Item, qui ex malitia fratrem accuſauerit de illis exceſsibus à quibus accuſatus fuit iudicialiter abſolutus, eandem talionis pœnam ſubeat. — Ex eiſdem.

De priuatione officiorum Ordinis.

Priuatio officiorũ quid ſit. — POena priuationis officiorum Ordinis ſolùm claudit inhabilitatem, ne quiſpiam poſſit eſſe Prælatus, Præſidens, Commiſſarius, Viſitator, Vicarius, vel confeſſor monialium. — Ex Salmã. c. 7. & Tole. 1581.

De priuatione actuum legitimorum.

Actuum legitimorum priuatio quid. — PRiuatio verò actuũ legitimorum, nõ ſolùm eſt inhabilitatio ad prædicta omnia Ordinis officia, ſed etiam eſt inhabilitatio ad eſſe Diffinitorem, Diſcretum, Cuſtodem, Lectorem, Confeſſorem, & Magiſtrum nouitiorum, & ad habendam vocem actiuam, & paſsiuam in quacumque electione. — Ex Tolet. eiſdem.

Qui

Ex eiſdem, & Salm.c.7. Qui verò ſic eſt priuatus poteſt quoruncumque ſacrorum ordinum executionem exequi, & eſſe teſtis in iudicio, & ſi non fuerit ordinatus, poterit etiam ſacris ordinibus initiari. Taliter priuato quæ liceat, & quæ non.

De pœna proprietariorum.

Ex prim. Barck. & ex Salm.c.5. POena proprietariorum eſt priuatio actuum legitimorum, & carceratio, & ſepulturæ Eccleſiaſticæ, ſi quiſpiam fuerit proprietarius cũ ab hac luce receſſerit: & ſi reus nõ fuerit clericus, ſed laicus, clauditur in pœna proprietarijs inflicta caparonis induitio. Proprietarij pœnaque lis.

De pœna carceris.

Ex Salmãt. cap.6. & ex Tolet. eiſdem. POena carceris eſt recluſio alicuius fratris in aliquo obſerato loco ſine habitu facta authoritate Generalium Prælatorum, aut Miniſtri Prouincialis cum priuatione actuum legitimorum, & omnium Ordinum executione. Quæ ſit pœna carceris, & quæ illã conſequantur.

Ex prim. Barchi. & Salmant. & Tolet. eiſdem. Nam ex quo quiſpiam eſt carceri mancipatus, eſt ipſo facto actibus legitimis priuatus per triennium, & qui liberatur à carcere, non propter hoc reſtituitur ad actus prædictos, niſi hoc illis beneficium explicite impendatur. Carceratus eo ipſo actibus legitimis priuatur.

Ex eiſdem. Atque adeò Guardiani nequeunt aliquem fratrẽ carceri mancipari. Verùm ſi crimen aliquod graue fuerit commiſſum, poterit Guardianus delinquentem catenis cõſtrictum in locum carceris detrudere cum habitu: qui nimirũ locus potiùs domus diſciplinæ, quam carcer in hoc caſu erit appellandus. Guardianis non licet quempiam carcere mãcipare.

Ex eiſdem. Verùm, vt atrocia crimina dignè puniantur, ſint in Conuentibus ſingulis, carceres fortes, humani tamen, & lucidi vt carceri mancipati poſsint diuinum officium perſoluere. Carceres habẽdi, & quales.

Ex eiſdem Salmant. & Tolet. Atque ob nullum crimen, quod non fuerit enorme, poterit quiſpiam in carcerem detrudi. Enormem culpam appellamus ratione generis peccati vt eſt inobedientia contumax, lapſus carnis, & percuſſio grauis: aut ratione circunſtantię, vt furtum ſępè, & cum ſcandalo repetitum. Ob enorme delictũ dũtaxat licet carcerari, & quid tale cẽſendum.

Carceratis quomodo Eucharistia miniſtráda.

Ex eiſdem.

His verò, qui ſunt in carcere conſtituti, confeſsionis Sacramentum eſt adminiſtrandum, quando fuerit ab eis poſtulatum, & Guardiano viſum fuerit expedire: & Sacramentum Euchariſtiæ in die Reſurrectionis, poterit illis exhiberi in infirmaria, vel alio loco ſecreto, tonſis priùs barba, & capite.

Fugæ carcerati reus carcere puniẽdus, & Guardianus priuandus.

Ex eiſdem.

Si quis autem auſus fuerit fratrem aliquem à carcere eripere, vel ei ad id ſuppetias ferre, ſit carceri ſtatim mancipatus, & alijs pœnis ſecundùm delicti qualitatem ſeuerè puniatur. Guardianus verò qui negligentia aliqua in hac re fuerit notatus, ſit ab officio ſuo priuatus.

De pœnis ipſo facto impoſitis.

Pœna ipſo facto impoſita, quãdo incurratur.

Ex Salmát. cap. 7. & ex Tole. eiſdẽ.

QVia verò in noſtris ſtatutis, tam Generalibus, quàm Prouin[illegible] iam conditis, vel impoſterum conſtituẽdis, multiplici pœna ſolent delinquentes puniri, declaramus, quòd quoties pœna ſuſpenſionis, vel priuationis, vel alia quæcumque ipſo facto incurrenda, imponitur, nullus ea pœna ligatur, quamuis crimen fuerit publicè perpetratum, quouſque per Prælatum fuerit reus iudicialiter declaratus.

Quando, item ex cõmunicatio.

Ex eiſdem.

Si tamen ſententia excommunicationis latæ ſententiæ, vel ipſo facto incurrenda inferatur, non opus eſt iudicis declaratione, nam eo ipſo temporis momento, quo quis peccatum mortale incurrit, pro quo lata eſt prædicta excommunicatio, habet ſuam executionem.

De pœna torturæ.

Tortura pro quibus infligenda.

Ex Tolet. 1583.

POena torturæ non eſt infligenda pro quibuſcumque delictis, niſi dumtaxat pro atrocibus, vel grauibus. Verùm cùm non ſatis conſtet quo pacto ſint fratres torquendi, decernimus, quòd ſi crimen ſit nefandum: quòd pœna ignis torqueantur rei.

Ex eiſdem.

In reliquis tamen criminibus ſuſpecti, nudi, & manibus ligati, flagellis dire per tria interualla ad arbitrium Prælati torqueantur, cum ieiunio in pane, & aqua. Si verò crimen fuerit atrox ſuperior poterit ſuo arbitrio torturam aliam excogitare, ſecundùm qualitatem delicti.

Et quomodo.

De pœnis Prælatis, & Patribus qualificatis infligendis.

Ex eiſdem, & Salman. c. 8.

MInister Prouincialis non poterit omnino Guardianum deponere, & priuare, ſine conſenſu maioris partis Diſcretorum Prouinciæ, occurrente autem cauſa, poterit per ſe ipſum ſuſpendere ab officio per bimeſtre.

Se ſolo nō poteſt Prouincialis Guardianū priuare, bene tamen ſuſpēdere.

Ex eiſdem. Tolet.

Si tamen ipſe Guardianus voluerit renunciare ſponte ſuo officio, poterit Miniſter Prouincialis exonerationem ipſam acceptare, & Guardianatum vacantem prouidere ſecundùm formam in his ſtatutis conſtitutam.

Si Guardianus renunciauerit, quid faciendum.

Ex eiſdem.

Nullæque graues correctiones, præſertim Prelatis, & grauioribus Patribus inferantur, à Viſitatoribus Prouinciarum, nec à Prælatis generalibus ſine conſenſu maioris partis Diſcretorum Prouinciæ.

Grauiores Patres à quibus puniendi.

De pœnis contra caſtitatis tranſgreſſores.

Ex Salmāt. c. 7. & Tolet. eiſdem.

QVicumque fuerit lapſus in libidinis peccatum, & de eo fuerit ſufficienter conuictus, pœna carceris mulctetur, ſecundùm qualitatem criminis, & circunſtantias occurrentes.

Lapſus in libidinis peccatum qualiter puniendus.

Ex vltramont. ca. 6.

Porrò, ſi quis (quod abſit) ſacrilegium carnaliter commiſſerit, is ad trirremes omnino damnetur, aut perpetuò carceri mancipetur ſuperiorum arbitratu.

Sacrilegus carnaliter item.

Ex prim. Barch. & ex Salm. c. 7. & x Tolet. 583.

Frater euidenter notatus de ſuſpectis conſortijs, vel colloquijs mulierū, vel quorumcumque, & admonitus non ſe correxerit, ſit actibus legitimis pri-

Pœnæ in notatū de ſuſpectis cōſortijs.

uatus,ſi fuerit Sacerdos,laici verò,& clerici iuuenes probationis caputio, & alijs pœnis à Miniſtro arbitrandis puniantur.

Pœnæ in eos qui cũ mulieribus a ſocio ſequeſtrati colloquuntur.

Ex eiſdem.

Quicumque frater conſuetus fuerit à ſuo ſocio cum mulieribus ſequeſtrari,de quibus iudicio ſui Prælati oriri poteſt ſuſpicio ſi commonitus,non fuerit emendatus, ſupradictis pœnis puniatur, ſi fuerit ſufficienter conuictus.

Si indicijs laborauerint arctandi.

Ex eiſdem.

Si verò indicia contra illum habeantur ſufficiencia arctetur,vt veritatem dicat, niſi priùs per cenſuras impoſitas noluerit veritatem propalare.

De innominabili cõuictus quibus pœnis plectendus.

Ex Salmãt. & Tole.eiſdem.

Verùm ſi quiſpiam Religioſus, (quod Deus auertat)nefandum crimen perpetrauerit, nudus omnino cum ſolis fęmoralibus coram communitate egrediatur, manibus ligatis, & grauiter flagelletur, cùm Pſalmo Miſerere mei Deus, & leuiuſculis ignis flammis, hinc inde circumpoſitis, quodammodo cõburatur,& ad perpetuos carceres irreuocabiliter damnetur.

Quibus itẽ ſi reinciderit,vel bis, aut ter actum perpetrauerit.

Ex eiſdem.

Si verò iterum eodem vitio nefando fuerit conuictus,habitu in perpetuum expoliato,ad trirremes ad decennium condemnetur. Tamen ſi nefandi criminis patrator repertus fuerit actum nefandum bis,aut ter commiſiſſe,quãdo pro modo accuſatur, vt incorrigibilis puniatur.

De ſubornatoribus.

Subornatorquis exiſtimandus.

Ex Tolet. 1583.

Declaramus,illum dici ſubornatorem, qui alium trahit donis,promiſsis,timore, obſecrationibus importunis,vel laudibus,aut vituperationibus falſis, vt ſuum ſuffragium alicui in electionibus ferat, vel non ferat,ſubornator etiam cenſendus erit,quicumque fecerit colligationes, & inductiones ad prædictam finem.

Conſulens non eſt ſubornator.

Ex eiſdem.

Si verò conferendo,& deliberando aliquis dixerit, quempiam eſſe dignum, & benemeritum,vt eligatur,non erit dicendus ſubornator.

Qui

Ex conſtit. Pij V. Paſtoralis offic. Gre. XIII. cóſueuit.

Subornatorum pœnæ ex Apoſtolicis conſtitutionibus.

Qui verò in electionibus omnibus, vel ante eas per ſex menſes pro ſe, aut pro alio ſubornauerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrit, juxta conſtitutiones Apoſtolicas, à qua non poteſt abſolui, niſi à Miniſtro, & Commiſſario generali.

Ex eiſdem.

Generalium ſubornantium item.

Si verò Generales Prælati fuerint in eadem damnatione, à ſolo Summo Pontifice abſolui pôterunt iuxta declarationem Domini Papæ Gregorij XIII.

Ex Salmát. c.8.&Tole. eiſdem.

Illorum pœnæ ex ſtatutis.

Statuimus prætereà, vt quicumque fuerit conuictus de ſubornationis culpa, ſit ipſo facto actibus legitimis priuatus.

De reuelantibus ſecreta.

Et Salmá.c. 7.&exTol.

Confeſsionis ſecretú reuelás quomodo puniendus.

QVi legitimè conuictus fuerit, ſecretum confeſſionis Sacramétalis reuelaſſe, ſit ipſo facto perpetuò actibus legitimis irreuocabiliter priuatus: & per aliquod tempus carceri mancipetur. Si verò non fuerit de hoc crimine conuictus, & ſint contra reuelatorem indicia, ſufficientia, arctetur per tormétum, vt veritatem fateatur.

Ex eiſdem.

Pœna reuelantis crimé alterius occultum.

Qui verò contra fratrem ſuum reuelauerit peccatum aliquod infamatorium, de quo nó ſit conuictus in iudicio, ſit ipſo facto, vt publicus, & malignus diffamator actibus legitimis priuatus.

Ex eiſdem.

Secreta ordinis in ei' infam: à reuelátis pœna.

Eadem pœna plectuntur, qui depoſitiones, & peccata in noſtro Ordine correcta, & diſſenſiones extra Ordinemdiuulgauerint in infamiam, aut detrimentum Ordinis.

Ex eiſdem, & ex prim. Barch.

Procuratio immutationis in ordine vetita.

Et qui per ſe, vel per interpoſitam perſonam procurauerit, noſtri ſtatus immutationem, vel diuiſionem, cùm Principe, & domino quocumque temporali, eiſdem pœnis ſubiaceat.

Ex Vltramo.11.c.8.

Eius qui Diffinitorij ſecreta detexerit pœna.

Cùm ad Magiſtratus dignitatem, & boni regiminis rationem, vel maximè pertineat, vt quæ ſecreto tractantur, etiam ſecreta ſint, & ſeruentur, decernitur, vt qui extra Diffinitorium manifeſtauerit, quæ

in

in eo tractantur, vnde diſſenſiones, aut odia in diffinitorium ipſum, vel diffinitorum quempiam oriantur, vel oriri poſsint, nimirum ſententiam in alterũ, ſiue alterius fauorem, ſi ea de re legitimè conſtiterit, biennio in diffinitorium ipſum admitti non poſsit.

De verbis indebitè prolatis.

De ſummo Pontifice irreuerenter loqui nefas

SI quis (quod Deus auertat) impudẽter, aut minus reuerenter de perſona ſummi Pontificis, vel de ſumma eius interris dignitate, vel de Apoſtolicis decretis & conſtitutionibus temerè aliquid dicere auſerit, & de eo legitimè conſtiterit, pœna carceris, vel alia grauiori pro modo culpæ arbitratu ſuperioris puniatur. Ex Salmãt. c. 1.

Prælato reſpondentis in communitate pœna

Si verò in communitate, non habita priùs licentia, reſponderit Prælato reprehendenti, vt inobediens ſecundùm qualitatem perſonarum puniatur. Ex Sal. in c. 2.

In Prælatũ iniuriç vendicatio.

Et qui contra Prælatos verba indecentia & iniurioſa coram fratribus protulerint, etiamſi idem Prælati ſint abſentes, vt conſpiratores mulctentur. Ex eiſdem.

Conuicij in priuatũ Fratrem pœna.

Si quis proximum ſuum verbis iniurioſis læſerit, cum eo contendendo, vt turbator pacis, à Prçlato puniatur. Ex eiſdem.

Improperia excommunicationis pœna inhibentur.

Item authoritate Apoſtolica mandatum eſt, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, à qua nullus præterquam in mortis articulo, niſi à Sede Apoſtolica poſsit abſolui: ne aliquis Frater Ordinis Sancti Franciſci appellet alium Fratrem eiuſdem Ordinis malitioſè, irriſoriè, ſeu inproperioſè Priuilegiatum, Bulliſtam, aut alio quouis nomine, etiam de nouo reperto, ſeu fortè in futurum occaſione diuiſionum ipſius ordinis à quocumque imponendo. Ex Bull. vnio. eo. [illegible] & ex alia P. j 5.

Prelati in reprehenſionibus & cohortationibus quales

Prælati verò in criminibus reprehendendis, modeſtis & temperatis verbis vtantur, ita vt nullo modo ſubditis turbationis cauſa præbeatur. Eadẽque modeſtia vtendum erit quoties Prælati coram Fratribus Ex Tolet. 1583.

bus in ſimul congregatis verba proponunt, & qui de hac re fuerint conuicti, à Viſitatoribus, in Capitulo corrigantur.

ſe præbere debeant.

De manibus violentis.

Ex Salman. c. 7.

QVicunque Frater aliquem grauiter læſerit cùm ſit ipſo facto excommunicatus, corā plena communitate cum flagellis ſtatim abſoluatur à Guardiano, cum Pſalmo, Miſerere mei Deus, & carceri mancipetur, ſecundùm qualitatem delicti à Miniſtro iudicandam.

Grauiter læ dens excō-municatus.

Ex eiſdem.

Si verò (quod Deus auertat) aliquis Religioſus aliquem interfecerit, vel atrociter mutilauerit, aut alicui venenum dederit, ſit in arcto carcere catenis conſtrictus, perpetuò recluſus, & ſingulis ſextis ferijs ieiunet in pane & aqua. Et qui eadem, vel ſimilia per alium fieri procurauerit, vel ad ea facienda machinaſſe, legitimè conuictus fuerit, eademmet carceris pæna plectatur.

Interficientes quempiam, & id procurātes, quomodo puniendi.

Ex Rom. vltramont. 1571.

Quicunque verò Prælatum localem gladio percuſſerit, & mors ſecuta fuerit, ad trirremes perpetuò damnetur: ſi autem mors ſecuta non fuerit, etiā ad trirremes mittatur ſuperiorum arbitratu. Qui verò Prouincialem quouis modo etiam leuiter percuſſerit, Generalis arbitratu ad trirremes mittatur: Si autem gladio eundem Prouincialem percuſſerit, ſiue mors ſecuta fuerit, ſiue non, ad trirremes omnino perpetuò damnetur. Quod ſi quis Generalem ipſum etiam leuiſsimè percutere auſerit, is ad trirremes damnatus perpetuò omnino mittatur.

Qui Prælatum quemcunque q. o quomodo percuſſerit, aut vulnerauerit, qualiter plectendus.

Ex Rom. 1587.

Quicunque gladio, baculo, vel pugione aut Fratrem, aut ſæcularem quempiam percuſſerit, carceris vnius anni pænæ ſubiaceat: ac prętere a omnium ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò priuetur, ac per menſem ter in qualibet hebdomada in Communitate genuflexus comedat, illiuſmet inſtrumentis quibus ferire, vel percutere auſus eſt, de collo pendentibus.

Pænæ corū qui grauiter percuſſerint

Qui

Inſtrumēta ad percutiēdum accipientium, & arma offenſiua gerentium pœna.

Ex antiq. & ex Salm. c. 7.

Qui autem ad grauiter percutiendum lapidem, vel baculum acceperit, & proiecerit, vel gladium, aut cuiuſuis alterius generis inſtrumentum eduxerit, & qui etiam arma offenſiua portauerit, vel in cella, vel alibi retinuerit, ſemeſtri carceris pœna puniatur.

Minantiū, & percutere tentantium pœnæ

Ex eiſdem

Si Frater alteri Fratri, vel alicui perſonæ minabitur in perſona: vnius menſis tempore probationis caputium deferat: ſi autem manū leuauerit, vt percutiat, vel aliquid ad percutiendum acceperit, tribus menſibus idem probationis caputium portabit. Qui verò leuiter percuſſerit, per annum eode probationis caputio probetur.

De falſificatoribus.

Literas aut ſigilla falſificantes, quomodo puniendi.

Ex Salm. c. 7. & ex Iolet.

QVi per ſe vel per alium, literas, aut ſigillum quorumcumque Prælatorum noſtri Ordinis, aut alterius perſonæ in dignitate conſtitutæ falſauerit, carceri mancipetur indiſpenſabiliter, per tempus à Prælato diſputandum.

Si Generaliū fuerint, quid.

Ex eiſdem

Quod ſi ſigillum, & literæ falſificatę fuerint Generalium, Prelatorum, ſine ipſorum aſſenſu, huiuſmodi falſarij non poſsint à carcere liberari.

Aperientes vel detinētes item.

Qui verò literas Prælatorum aperuerit, vel malitioſè retinuerit, ſit ipſo facto per biennium priuatus actibus legitimis.

Falsò deponentes, vel ad id inducentes, vel vera reuocare curantes item.

Ex eiſdem

Frater autem, qui depoſuerit falsò, & ſciēter coram quocunque Iudice, ſeu Viſitatore contra Religioſum aliquem, præſertim Prælatum, vt falſarius & infamis carceri mancipetur, eademque pœna plectendus eſt, qui ad id faciendū aliam perſonam induxerit, vel qui curauerit, vt quæ verè depoſita ſunt, reuocentur: nec iſti abſolui poterūt, niſi à Prouinciali, & niſi priùs ſatisfaciant de damno illato.

De fauore ſæcularium.

Promotionem, vel lo-

Ex Salm. c. 7. & ex conſtit. Pij 5.

APoſtolicis conſtitutionibus cautum eſt, vt recurrentes ad ſæculares, ad impetrādos fauores, pro-

obeun

P ſto-alis offi.& Gre. XIII.côſue tut.

cationẽ me dio ſæculari procurantes quibus pœnis tenea ntur.

obeundis officijs, vel pro locatione alicubi, vel remotione inde, ſint ipſo facto priuati voce actiua, & paſſiua, & omnibus officijs Ordinis, etiam ſi ipſi fratres negauerint, & ſæculares affirmauerint, non eſſe ab eiſdem fratribus ſolicitatos, dummodo de malitia non conſtiterit in accuſatione.

Ex conſt. Paul. V. admonemur.

Pœnarũ etiam remiſſionem, vel vllam gratiã tali medio procurantes, itẽ.

Neque ſolùm pro officijs, gradibus, & honoribus obtinendis, ſed neque pro pœnarum remiſsione, vel pro vlla gratia à Miniſtris, ſiue Generalibus, ſiue Prouincialibus, & reliquis noſtri Ordinis Prælatis impetranda per quarumcumque perſonarum, tam laicarum, quam Eccleſiaſticarum extra Ordinẽ conſtitutarum quacumque dignitate, etiam Imperiali fulgentium, fauores, ſiue ſuffragia fratribus vllo modo licet procurare, ſed nec etiam ſponte oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere ſub excõmunionis ipſo facto incurrẽda pœna, ac inhabilitatione perpetua ad talia, & ſimilia, ac etiam maiora in noſtro Ordine conſequenda prout conſtitutione Apoſtolica cautum eſt.

Ex eadem conſt.

Munera pro eiſdem dantes, itẽ.

Similiter eiſdem pœnis cauetur, ne ad eundem effectum prædicta conſequendi munera aliqua prædictis perſonis exhibere audeãt fratres, ſeu præſumãt.

Ex eadem.

Prælati talia inſtãtia ſæcularium concedẽtes excommunicantur.

Miniſtris verò tam Generalibus quàm Prouincialibus, ac reliquis Ordinis Prælatis ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, per eandem conſtitutionem Apoſtolicam interdicitur, ne ad inſtantiam, & requiſitionem perſonarũ prædictarũ cuiuis religioſo vllam gratiam cõcedere, vel pœnas aliquas remittere, ſeu gradus, honores, dignitates, officia, & adminiſtrationes, functiones, & prælaturas concedere audeant.

Ex Rom. 1600.

Prælati in executione pœnarũ remiſsi eiſdẽ ſubiaceant.

Miniſtri Prouinciales, & reliqui omnes ſuperiores, qui negligentes fuerint in pœnarum executione contra impetrantes fauorem extra religionem pro officijs in ea obtinendis iuxta conſtitutiones Apoſtolicas, & noſtra ſtatuta ijſdem pœnis ſubiaceant, quibus plectendi erant ipſi delinquentes.

De incorrigibili.

Quis incorrigibilis cēſeatur, & quomodo puniendus.

Ex Conſt. Alex. VI. in comp. verb. eijcere, & ex Sal. c. 7.

INcorrigibilis deinceps cenſeatur religioſus ille, qui ter conuictus, & punitus de eodem crimine graui non reſipuit. Qui verò fuerit incorregibilis in quocumque graui, & ſcandaloſo crimine, vel carceri perpetuò mancipetur, vel habitu regulari ſpoliatus ad trirremes damnetur, ſi qualitas delicti hoc exegerit.

Semel eiectus ab ordine nō amplius admittendus.

Ex Tolet. 1583.

Et qui ſemel ab Ordine fuerit eiectus, iterum non debet ad religionem aſſumi, & Prælatus qui ſecus fecerit ſit priuatus actibus legitimis. Cum talis receptio fieri non poſsit ſine maiori malo, & ſine aliorū fratrum ſcādalo preſertim in noſtro Ordine, in quo incorrigibiles puniri commodè non poſſunt. Atque adeò ad incutiendum terrorem peccantibus, valde neceſſarium eſt perpetua incorregibilium ab Ordine eiectio.

Liberati à trirremibus, vel carceribus perpetuis quales remaneant.

Ex Vltramōr. Rom. 1587.

Quos ad trirremes, vel ad perpetuos carceres damnatos quandoque miſericorditer liberari contigerit, ij omni ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò careant, vltimum locum inter fratres ſui ſtatus teneant. Nec ad ea quouis modo ampliùs habilitari poſsint.

Qualis itē abiurati.

Ex eiſdem Vltramon.

Si quis autem, (quòd abſit) Sacroſanctæ Inquiſitionis Officio delatus, vel de leui abiuratus fuerit, ſit actibus legitimis priuatus. qui verò de graui, ad omnia Ordinis officia perpetuò inhabilis exiſtat.

Crimen apud ſęcalū capitale quomódo in ordine puniendi.

Ex Salmāt. cap. 7. & ex Valliſ. 593.

Qui crimen quodcumque admiſerit, propter quod, iuxta iuris diſpoſitionē, mortē mereretur, aut ad perpetuos carceres, aut ad trirremes perpetuò dānetur. Idē iudiciū erit de religioſo, qui tria delicta grauia, etſi non ſint eiuſdem ſpecie, admiſerit.

Notabili infamia laborātes, inhabiles.

Ex Valliſo. 1565.

Qui verò aliqua notabili infamia laborauerit, ob crimina de quibus legitimè apud Prælatum conuictus fuerit, & ſententia punitus, ad Ordinis dignitates, & officia, vltra pœnas propter crimina ſibi inflictas, perpetuò inhabilis exiſtat.

De pœna excommunicationis.

Ex ca. ſicut tuis de ſimon. & ca. cum de Eccleſijs de maior, & obed. & c. cũ ab Eccleſiarũ de offic. iud. ord. & ex Salmã. c. 7. & Tolet. 1583.

Prælati in ordine excommunicare poſſunt contrarium aſſerẽtes puniendi.

CVm omnes noſtræ Religionis Præfecti verè ſint Prælati, videlicet, Miniſter, & Commiſſarius generalis, Prouinciales, Cuſtodes, & Guardiani declaramus, omnes ſupra memoratos Prælatos (iuxta iuris communis diſpoſitionem) ſententiam excommunicationis poſſe fulminare in omnes ſubditos, & oppoſitum dicentes, vt errantes, & omnium Religionum perturbatores puniantur.

Ex Salman. cap. 8. & ex Cõci. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reform.

Excommunicatio nõ leuiter inferenda.

Decernimus tamen (iuxta Concilij Tridentini decretum) vt non inferatur excommunicatio temere, aut leuibus ex rebus, ſed ſobriè, & magna circunſpectione.

Ex eodem Conci. ſeſſ. &c. & ex Tolet. eiſdem.

Quæ excõmunicationes à ſolis Generalib⁹ & Prouincialibus fulminandi.

Cùm tamen idem Concilium dicat excommunicationes latas ad finem reuelationis, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus, à ſolis Epiſcopis imponi debere, præcipimus, vt Guardiani cùm non habeant iuriſdictionem Epiſcopalem, non poſsint excommunicare in tribus ſupradictis caſibus (videlicet) ad finem reuelationis in iudicio, & pro deperditis, aut pro ſubtractis rebus, nam in his tribus caſibus ad maiores noſtræ Religionis Prælatos ſolùm iuriſdictionem Epiſcopalem habentes, pertinet, excommunicationem inferre.

Ex Tolet. eiſdem.

Excommunicatio ab inferioribus Prælatis lata haud contemnenda.

Non tamen liceat cuicumque fratri excommunicationem Guardianorum contemnere, aut non formidare, ſub prætextu, quòd contenta in hac conſtitutione non ſint obſeruata: cùm non ad ſubditos, ſed ad Prælatos hæc cognitio contingat.

Ex Tolet. eiſdem.

Excommunicatio quomodo ferẽda, vt valeat.

Rurſus præcipitur, vt nullus noſtræ Religionis Prælatus inferat pœnam excommunicationis, per modum ordinationis, vel ſtatuti, ad præcauenda delicta, vt eſt prohibitio ingreſſus in cellas, ſiue in aliquas ſæcularium domos, & id genus alia, niſi in ſcriptis, & prædicta excommunicatio aliter lata, præſenti conſtitutione nulla eſſe decernitur, & declaratur.

De Apoſtatis.

Facultas Ap. puniendi Apoſtatas.

INnocentius IIII. Ordinis Prælatis, & cæteris fratribus. Vt Apoſtatas, & inſolentes veſtri Ordinis, niſi veſtris ſalubribus monitis acquieſcant, excommunicare, ligare, capere, & carceri mancipare (ſi videbitur expedire) poſſitis authoritate præſentium, vobis concedimus facultatem. In lib. Monum. Ord. fo. 37. & fo. 111. côceſ. 164.

Apoſtatæ excommunicantur.

Capitulum generale. Volentes Apoſtatis viam prę cludere, nos Miniſter, & Commiſſarius generalis, & Prouinciales Miniſtri, & Cuſtodes, & Diffinitores generalis Congregationis, ſeu Capituli, excommunicamus in his ſcriptis, omnem fratrem ab Ordine noſtro Apoſtatantem, & ex decreto prę ſentis ſtatuti Anathematis vinculo innodamus. Ex prim. Barch.

Apoſtatare quid ſit.

Intelligimus autem Apoſtatantem, omnem fratrē, qui ſine licentia, vel contra obedientiam ſuorum ſuperiorum, per terras, loca, ſeu patrias cum habitu, vel ſine habitu: cū ſocio, vel ſine ſocio, iuerit, vel vagabū dus fuerit: Generaliter abſque eiuſdem Ordinis licē tia quomodolibet diſcedentem quouis prætextu, etiam ad ſuos ſuperiores accedendi, vt ſacra quoq; Tridentina Synodo cautum eſt. Ex eiſdem.

Apoſtatæ excommunicati quomodo denūciandi.

Ordinamus etiam, quòd poſtquàm frater aliquis de aliquo Conuentu, vel loco Apoſtatauerit, & Guardiano conſtiterit: ipſum ad aliorum terrorem & præſeruationem denunciet, ſeu denunciare faciat publicè coram fratribus, in Capitulo excommunicatum, qualibet, ſcilicet, feria ſexta, primi menſis ſuæ Apoſtaſiæ. Ex eiſdem.

Quomodo abſoluēdi.

Et dum huiuſmodi Apoſtatæ reuertuntur, ſtatim incarcerentur, & in publico coram fratribus cum Pſalmo Miſere mei Deus, verſicul. Saluum fac ſeruum tuum Reſp. Deus meus. Domine exaudi orationem. Dominus vobiſcum, & oratione, Deus cui proprium, ac etiam cum virgis, ſeu flagellis ab excommunicatione abſoluantur. Ex eiſdem.

Quilibet Miniſter Prouincialis habeat ordinariam iuriſ-

Ex eiſdem, & ex priuil. Pio. IIII. jurisdictionem, authoritate Capituli generalis, excommunicandi, capiendi, & incarcerandi, ac pœna alia puniendi, ſuper omnes Apoſtatas, etiam aliarum Prouinciarum in Prouincijs ſuis. Et idem poſsint Cuſtodes, & Guardiani: & in caſu neceſsitatis, fratres alij authoritatem habeãt Apoſtatas noſtri Ordinis capiendi, vt conſtitutionibus Apoſtolicis etiam cautum eſt. Superiores cuiuſque facultas in Apoſtatas, & cuiuſque etiam fratris.

Ex Cong. gen. Parm. 1529. Caueant autem Miniſtri, & Cuſtodes, quòd non permittant Apoſtatas, ſiue ſuæ, ſiue alterius Prouinciæ in ſcandalum Ordinis vagari, ſed eos, prout magis expedire videbitur, capiendos diligenter curent, quod ſi aliter capi non poſsint, debent Prælati ad brachium ſæculare recurrere. Apoſtatarũ euagatio à Prælatis tollenda.

Ex Tolet. 1583. Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd fratres qui de Prouincia ad Prouinciam abſq; licentia fugerint: per Miniſtrum illius Prouinciæ carceribus mancipentur, vel aliqua pœna ſecundùm quod ſibi viſum fuerit, puniantur: ac etiam ad Prouinciam, de qua fugerint, remittantur per Conuentus propinquiores, de vno Conuentu in alium, cum ſecuro comitatu. Fugitiui puniti ad proprium Prouinciam remittendi.

Ex cap. gene. Barchi. 1508. Prouinciales nullo modo poſsint recipere, aut retinere in ſuis Prouincijs fratres Apoſtatas aliarum Prouinciarum ſine expreſſa licentia Prælatorum Generalium, ſub pœna priuationis officij ipſo facto incurrenda. Apoſtatæ non retinendi in alienis Prouincijs.

Ex cap. gener. Rapiſt. 1511. & ex Salmãt. c. 2. & ex Aqu. l. 1559. & Valliſol. 1565. & ex Rom. 1587. Ordinatur, quòd Apoſtatę redeuntes ad ſuas Prouincias, poſtquàm fuerint abſoluti, vt dictum eſt, pœna carceris puniãtur, ſecundùm qualitatem fugæ, & quantitatẽ dierum, quos in Apoſtaſia ſteterũt: ita vt pro prima vice tot temporis in carcere permaneant, quot extra obedientiam fuerunt, & per annum actibus legitimis priuati, pro ſecunda tempus Apoſtaſiæ in carcere duplicetur, & biennio priuati exiſtant, & ſine caputio pane, & aqua tribus diebus ieiunẽt. pro tertia verò triplicato tempore in carcere iaceant, & quadriẽnio priuationẽ ſuſtineãt, & idem ieiunium ſubeãt tribus diebus in hebdomada qualibet carceris & ferijs ſextis coram communitate flagellentur. Apoſtatæ quibus pœnis plectendi.

Quod

Qualiter ſi vltra tres menſes nõ reducantur

Quod ſi eorũ apoſtaſia vltra tres menſes perſeuerauerit, incarcerẽtur per ſex menſes pro prima vice, & per biennium actibus legitimis priuentur; pro ſecunda duplicetur pœna carceris & priuationis, & in hebdomada tribus diebus ieiunent, ſine caputio, & ſextis ferijs flagellentur, vt dictum eſt: pro tertia verò, vltra pœnam carceris, ieiunij, & flagellationis, per annum ſubeundam priuationi perpetuæ actuũ legitimorum ſubiaceant, & cum habitu Nouitiorum in Conuentu per alium annum ſint recluſi, & vltimum locum inter Fratres ſui ſtatus per decennium teneant. Ex eiſdem, & ex Tolet. 1583.

In incorrigibiles apoſtatas pœnæ.

Si verò quis adeò ſuæ ſalutis oblitus, & Sathanæ poteſtati traditus, quartò apoſtatauerit, is velut incorrigibilis, Religionis habitu perpetuò priuetur, & ad trirremes per ſexẽnium omnino mittatur: & ſi in ſacris fuerit, & ſuperuixerit, omnium ſacrorum ordinum executione ſuſpenſus perpetuò maneat. Ex eiſdem, & ex Vltramont. c. 6.

Qui habitũ dimiſerint item.

Quicumque autem in apoſtaſia habitum dimiſerint, pœnis ſupradictis duplicatis reſpectiuè plectantur, & etiam pro prima vice vltimum locum inter Fratres ſui ſtatus teneant. Ex eiſdem.

Tempus apoſtaſię non computandum ad præcedentiam.

Et tandem poſt peractam pœnitentiam, totum illud tempus, quod in apoſtaſia perſeuerarunt, nunquam illis ad præcedentiam computetur. Ex eiſdem.

Clerici, & laici peculiares pœnæ.

Si autem fuerit Choriſta, addatur ei caputij pœna per duplum tempus apoſtaſiæ, & per ſexẽniũ non poterit ad ordines promoueri: ſi verò fuerit laicus, eadem met pœna caputij plectatur. Ex eiſdem.

De apoſtatarum delictis inquiſitione facta, ſuperiores & officiales Curiæ admonendi.

Præcipitur Prouincialibus Miniſtris, vt cumprimùm de apoſtaſia alicuius Religioſi ſuæ Prouinciæ eis conſtiterit, de delictis ab eo admiſsis Inquiſitionem inſtituant, & Prælatos generales, & Officiales Curiæ Romanæ certiores faciant, quòd ſi in huius executione ſegnes fuerint, per bimeſtre ab officio ſuſpendantur. Ex Pariſ. 1579. & ex Valliſolet. 1593.

Apoſtata ad Generales, ſeu Curiæ

Si verò ad Prælatos generales, vel Curiæ Romanæ Officiales Apoſtatas recurrere contigerit, & ab eis puniri pœna illa pro apoſtaſia dumtaxat, & non pro Ex Sal. c. 1.

pro alijs defectibus per eos admiſsis intelligatur inflicta: nā pro alijs defectibus ad proprios eorum ordinarios Prælatos, qui ipſorum cauſas & demerita melius cognoſcunt, puniendi remittentur, niſi forte ab eiſdem Generalibus rationabili de cauſa ſuper alijs defectibus de plenitudine poteſtatis eos punire contigerit, de quo conſtare debet expreſsè per literas ipſorum.

Officiales accedente quid faciendum.

De hoſpitibus delinquentibus.

Ex Fabian. PP. in decret. 3.q.6. c.1. vbi gloſ hoc, & de rapror. b.c.1. & ex Tolet. 1583.

ITem ſtatuimus ſecundùm iuris diſpoſitionem, & ſecundū antiqua noſtra ſtatuta, quòd quicunque Prouincialis habeat authoritatem capiendi, detinendi, & puniendi per omnes pœnas in noſtris ſtatutis, vel in iure contentas, Fratres hoſpites aliarum Prouinciarum per ſuos Conuentus, & Prouincias tranſeuntes, vel in illis permanentes ad tempus, ſi aliquod crimen enorme perpetrauerint.

Delinquentes hoſpites puniendi.

Ex eiſdem, Tolc. & Sal. c.2.

Et ſi delinquens non fuerit ab ordine reiectus, & ad trirremes damnatus, remittatur ad ſuam Prouinciam per propinquiores Conuentus, vt dictum eſt, cum ſententia authentica, quā obſeruari faciet Prouincialis proprius Fratris delinquentis, & ſi ſecus fecerit, per Prælatos generales prædictus Prouincialis puniatur.

Quomodo.

De caſibus reſeruatis.

Ex Bul. Alexand. . intellexim. 8, & ex Conc. Trid. ſeſſ. 14 c.7. & eadē ſeſſ. can. 11. & Reg. c.7. ex Salm. c.7 & ex Pariſ. 1575.

CAſuum reſeruatio in Eccleſia Dei antiquiſsima, & ſacrorum iure Canonum, & ſanctionibus Apoſtolicis, ac nouiſsimè ſacri Concilij Tridentini authoritate etiam probata, & in noſtra Religione ab ineunte Ordine vſu recepta, prout in ipſa Regula præſcribitur, cùm pœna ſit delinquentium, piè decernimus & ſancimus, vt in illis caſibus, quos reſeruatos eſſe, aut reſeruari contigerit, nemo temerè manumittat, aut quemquam illis ipſis criminum vinculis irretitum abſoluere præſumat, niſi à Generali,

Caſuum reſeruatio antiqua valde & perpetuo vſu in Eccleſia recepta.

rali, vel Prouinciali Miniſtro neceſſariam abſoluendi facultatem habeat.

Caſuum reſeruatorum numerus.

Quot autem & quales caſus reſeruati ſint, conſtat ex vetuſtiſsimis ſtatutis, vbi Miniſtris Prouincialibus ſequentes quatuordecim caſus reſeruãtur. Ex Reg. c. 7 ex antiq. & ex pri. Bart. & Salm. c. 7. & Parſ. 1571. & Tolet. 583.

Peccatum.

1. Inobedientiæ contumacis.
2. Proprietariæ rerum detentionis.
3. Lapſus carnis
4. Tactuum impudicorum & enormium.
5. Solicitationis ex certa ſcientia ad peccatum carnis.
6. Furti rei notabilis, ſeu frequenter iterati:
7. Iniectionis manus violentæ.
8. Falſi teſtimonij in iudicio facti.
9. Compoſitionis, vel proiectionis, aut publicationis libelli famoſi.
10. Falſificationis ſigilli, aut literarum quorumcumque Prælatorum noſtri Ordinis, vel alterius perſonæ notabilis.
11. Apertionis literarum Prælatorum, vel malitioſæ earum retentionis.
12. Falſi criminis in infamiam cuiuſcunq.
13. Depoſitionis falsò, & ſcienter factæ in iudicio contra Religioſum aliquẽ præſertim Prælatũ, & inductionis ad id faciendũ.
14. Reuocationis eorum, quæ verè in iudicio depoſita ſunt, & procurationis, vt reuocentur.

Inobedientia contumax quid.

Dicimus autem, inobedientiam contumacẽ, quando quis trina monitione præmiſſa, factis congruis interuallis, per diẽ naturalem inobediẽs perſeuerat. Ex pri. Barchin.

Caſuum reſeruatio nũquam abrogata, ſemper in ſua vi permanens.

Reſeruationem autem caſuum prædictorum ſemper in ſua vi permanſiſſe, neque vnquam abrogatã, vel ſuſpenſam, quinpotius in omnibus Capitulis generalibus innouatam & probatam eſſe, omnino decernimus, ac declaramus: qui verò temerè contrarium aſſerere præſumpſerit, tanquam errans, ſubuerſor, & errorum ſeminator carceri mancipetur, & grauiùs, ſi non reſipiſcat, puniatur. Ex eiſdem in c. g. Seg. 1621.

Quare

Ex eiſdem, & Salmant. c. 7. & Pariſ. 1579. & Tole. 1583.

Quare præſenti ordinatione ſtatuimus, quòd ſi qui fratrum diuina permittente iuſtitia, & antiqui hoſtis fallatia procurãte, (quod abſit) præmemoratis criminibus, aut aliquo ipſorum fuerint irretiti, pro abſolutionis beneficio ad præfatos miniſtros, vel eorũ Commiſſarios recurrere debeant ſine mora.

His caſibus innodati ad ſuperiores debeat recurrere.

Ex eiſdem in ca. Gen. Seg. 1611.

Quia verò neq; Cuſtodes, neq; Guardiani poſſunt abſoluere à prædictis, & in priuato commiſsis, niſi per Miniſtrum ſpecialiter committatur eiſdem, decernimus, ac declaramus omnes, & ſingulos, tam Cuſtodes, quã Guardianos, eo ipſo, quòd electi fuerint, commiſſam habere facultatem actiuam, paſsiuam, ac etiam commiſsiuam abſoluendi ſuos ſubditos atque fratres hoſpites ad ſuos Conuentus aduentantes ab omnibus, & ſingulis caſibus ſupra memoratis in occulto dumtaxat admiſsis, in publico verò commiſsis, quæ his Prouincia prouideat iuxta cuiuſque conſuetudinem.

Facultas abſoluendi Guardianis conceditur in occultis.

Ex ca. Gen. Laualen. 5. 1505.

Vicarij etiam, Guardianis abſentibus, eandẽmet authoritatem illis conceſſam per Miniſtrum habent abſoluendi à caſibus reſeruatis, & ea vti poſſunt tã actiuè, quàm paſsiuè, idq; etiam cenſendum declaramus de Præſidentibus, & de Vicariorum Vicarijs in eorum abſentia dumtaxat.

Vicarijs, & Præſidentibus in abſẽtia Guardiani, item.

Ex conſt. Cle. VIII. iam pridẽ, in ca. Gen. Sego.

Præterea cenſemus, ac declaramus iuxta conſtitutionis Apoſtolicæ Domini Clemẽtis VIII. præſcriptum Miniſtrum generalẽ in toto Ordine, Cõmiſſarios Generales in tota ſua familia, ac Miniſtros Prouinciales quiſque in ſua Prouincia poſſe extra Capitulum generale, & Prouinciale reſeruare ſibi caſus illos omnes, qui eadem conſtitutione continentur.

Caſus à Cle. VIII. præſcriptos extra Capitulum reſeruare poſſũt Prælati.

Ex eiſdem.

Inſuper decernimus, Prælatos prędictos per ſe ſolos abſque Capituli conſilio, & conſenſu, poſſe ſibi reſeruare quaslibet cenſuras, & huiuſmodi reſeruationem eſſe validam, & tenere, cum decretum Põtificis tantùm loquatur de peccatis, quæ longè diſtant à cenſuris.

Cenſuras quaslibet, item.

A reſeruatis indebite abſolués quomodo puniendus.

Quicumque confeſſor ex certa ſcientia præſumpſerit abſoluere á prædictis, ſuſpenſus ſit ipſo facto à confeſsionibus audiendis: nec reſtitui poſsit, niſi per Prouincialem Miniſtrum, & quicumque in hoc vitioſus legitimè fuerit deprehenſus, pœna carceris puniatur.

Ex eadem Bul. Alex. VI. ex cap. Gen. Carp. 1511. & Salmant. ca. 7. & Toleta. 1583.

Aſſerent ü quélibet Sacerdoté abſoluere poſſe à reſeruatis pœnæ.

Si quis autem auſus fuerit affirmare, quòd quilibet Sacerdos poſsit abſoluere à peccato, ſuper quo non habet commiſſam authoritatem, & maxime ex prædictis, & correctus, palinodiā recantare noluerit, tanquam errans, & ſubuerſor carceri mancipetur.

Ex eiſdem.

Affirmantium ſuperiores non poſſe reſeruare caſus in Bul. Cle. expreſſos pœnæ.

Eademmet pœna plectatur quicumque auſerit affirmare Prælatos, Generales, & Prouinciales reſpectiuè non poſſe reſeruare ſibi caſus, in conſtitutione Clementis Octaui expreſſos extra Capitulum, vel quarumcumque cenſurarum abſolutionem.

Ex Conſtit. Clem. in c. Ge. Segou. 1621.

In vno quoque Conuétu deputandus qui à reſeruatis occultis abſoluere poſſit.

Et vt opportuniùs animarum ſaluti conſultum ſit, Prouinciales Miniſtri in ſua quiſque Prouincia duos ſaltē, vel tres probatos confeſſarios in vno quoque Conuentu deputent, quibus à prædictis caſibus in foro conſcientiæ abſoluendi facultatem concedant, eos fulciendo fidelibus conſilijs, prout ſaluti animarum viderint expedire.

Ex c. Gen. Palenzuel. 1480. ex Pariſi. 1579.

Conceſsio abſoluendi à reſeruatis quádiu duret.

Item, ſi aliquis Prælatus committat alicui ſubditorum ſuorum authoritatem ſuam ſuper illis caſibus, qui ſuperioribus Prælatis reſeruantur, ſi contingat prædictos Prælatos mori, vel ab officijs ſuis amoueri, talis commiſsio penes illum, cui facta fuerit, remaneat, donec alius ſimilis Prẹlatus habeatur.

Ex Toleti. 1583.

Conceſsio Bullæ Cruciatæ quo ad fratres, & moniales locum non habet.

Iuxta Apoſtolica decreta, necnon Ordinis antiqua ſtatuta, decernimus, & declaramus, conceſsionem Sanctæ Cruciatæ, & quorumcumque aliorum indultorum, ſiue Generalium, ſiue particularium quantum ad articulum eligendi confeſſorem, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, locum minimè habere, nec cenſeri cum fratribus noſtri Ordinis, neque cum ſororibus monialibus, quæ noſtræ ſubiacent obedientiæ: eſt enim expreſſa Summi Pontificis intentio, quòd ijdem fratres, & moniales quantum ad

Ex Conſti. Six IIII. & Conſt. Inn. VIII. & Leo X. in Cóp. & ex Clem. VIII. Ro. Pont. circ ſpecta begnitas, & ex c. Gen. Burdigal. 1510.

Sacramentum Pœnitentiæ, ſeu Confeſsionis adminiſtrationem diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubdantur.

Ex Rom. 1612.

Vltima prohibitio Apoſtolica probatur, & ſeruáda declaratur.

Quo circa declaramus, eſſe in viridi obſeruantia prohibitionem felicis recordationis Clementis Papę Octaui, ne liceat regularibus vti Bullę Cruciatæ priuilegio, atque ita nulli fratrum licèt prætextu illius, vel eligere confeſſorem, vel à caſibus reſeruatis abſolui: quicumque autem contrarium affirmare auſerit, tamquam temerarius pœna carceris, ſiue grauiori, ad arbitrium ſuperioris erit puniendus.

De abſolutione.

Ex Marimagno, & ex Cóp. Priuileg. tit. abſolutio quo ad fratres, §.7. & deinceps.

Apoſtolica facultas ſuperioribus Ordinis cóceſſa ſuper abſolutione, & diſpéſatione fratrum ab excommunicatione, ſuſpéſione, interdicto irregularitate.

CLemens Papa IIII. &c. Generalis, & ſinguli Prouinciales Miniſtri, & eorum Vicarij, ac etiam Cuſtodes, in Prouincijs, & Cuſtodijs ſibi commiſsis, fratribus conſtitutis ibidem, necnon & fratribus alijs eiuſdem Ordinis interdum ad eos declinantibus vndecumque abſolutione, & diſpenſatione indigentibus ſiue priuſquàm intrauerint Ordinem, ſiue poſt in caſibus exceſſerint, pro quibus excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti incurrerint ſententias, à iure, vel ab homine generaliter promulgatas; & huiuſmodi ſententijs innodati, aut in locis interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſitis diuina Officia celebrantes, vel ſacros Ordines ſic ligati ſuſcipientes notam irregularitatis incurrerint, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium valeant impartiri; niſi adeò graues, & enormes exceſſus fuerint, quòd ſint ad eandem Sedem Apoſtolicam meritò deſtinandi.

Ex eiſdem.

Eadem facultate, paſſiue, etiam vti poſſunt ſuperiores.

Fratres etiam, quos pro tempore vos Generalis, & Prouinciales Miniſtri, necnon, & vices veſtras gerentes, ac etiam vos Cuſtodes, in proprios con-

confeſſores habueritis abſolutionis, & diſpenſatio nis beneficium, vobis cum oportuerit, valeant impartiri, iuxta formam conceſſionis ſuper abſolutione, & diſpenſatione fratrum eiuſdem Ordinis veſtri ſuperius factæ.

Inhibitio nequis fratrum extra Ordinē confiteri poſsit

Inſuper inhibemus vniuerſis fratribus veſtri Ordinis, ne aliquis eorum, niſi in neceſſitatis articulo, alijs quàm Prælatis ſuis peccata ſua confiteri præſumant, vel alijs Sacerdotibus eiuſdem Ordinis ſecundùm regulam, & eiuſdem Ordinis inſtituta regularia. Ex eiſdem.

Ab excommunione pro iniectione violenta quādo Guardianus, & eius Vicarius abſoluere poſſunt.

Capitulum Generale Ab excommunicatione pro iniectione manuum violenta poſsit Cuſtos abſoluere, vel Guardianus, ſi Prouincialis præſentia infra diem naturalem non poſsit haberi, aut Vicarius, Guardiani, ſi Prouincialis, vel Guardiani præſentia infra triduum minimè poſsit haberi. Hoc autem tam priuilegium, quàm ſtatutum non intelligatur de iniectione atroci, vel ſubditi in Prælatum. Ex Tolet. 1583.

De pœna impoſita non reuocanda.

Pœna per ſuperiorem impoſita ab inferiore non alterāda.

POenas per ſuperiorem impoſitas inferior relaxare, remittere, commutare, moderari, aut altera re non poſsit. Quod ſi quis id temere præſumpſerit, eiſdem pœnis ſubiaceat, aut grauiùs etiam puniatur ſuperioris arbitrio. Ex Salm. c. 7.

Diſpenſare nequeunt Miniſtri, vel Cōmiſſarij in ſententijs à Diffinitorio latis, niſi, &c.

Nulli Miniſtro Prouinciali, aut Commiſſario etiam Generalium Prælatorum liceat diſpenſare in ſententijs, & correctionibus per Diffinitorium latis abſque maioris partis Patrum eiuſdem Diffinitorij conſenſu, vel facultate eorundem Generalium Prælatorum ad diſpenſandum in ſcriptis conceſſa. Qui contra fecerit, officio priuetur. Ex Rom. 1612.

Neque ſuperiores, niſi

Superiores verò, pœnas ab inferioribus impoſitas non remittant, niſi magna publicę vtilitatis ratione, Ex eodem. & ex Cōc.

aut

Tridē. ſeſſ. 25.c.18. de reform.

aut alia vrgenti, ac rationabili de cauſa, tuncque con ſultò matura conſideratione adhibita, cauſis cognitis, ac ſerio conſideratis, vt ſacra Tridentina Synodo cautum eſt, ne vnicuique ad leges tranſgrediendas aditus aperiatur, ac delinquentibus incentiuum erogetur.

magna & vrgenti neceſſitate.

Ex Concil. Tridēt. ſeſſ. 13.c.5.& ex Vltramon. c.7.

Gratiā per ſubreptionem, aut obreptionē, ex torta mi nime adm ittenda.

Inſuper eiuſdem ſacri Concilij Tridentini authoritatem ſecuti, ſtatuimus, & decernimus, vt ſi quis per ſubreptionem, aut obreptionem, abſolutionem, vel remiſsionem pœnarum, ſibi inflictarum, vel infligendarum extorſerit, Prouincialis ad quem ſpectat, de ſubreptione, & obreptione, abſolutionis, vel remiſsionis huiuſmodi, per ſe ipſum ſummariè recognoſcat. & ſi falſis precibus impetratam repererit, & per falſi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam eſſe, legitimè conſtiterit, eam ſuſpendat, quouſque ſuperiore admonito, ac informato, deſuper ab eo fuerit præuiſum, prout eis magis expedire videbitur in Domino.

(:)

DE

DE ELECTIONIBVS ET *inſtitutionibus officiorum.* *Cap. VII.*

De Electionibus.

Electiones quales eſſe, & qualiter fieri debeāt

OMnes electiones in noſtra Religione ſint Canonicæ, ita vt maior pars Capituli liberè conſentiat Ad maiorem tamen partem ſufficit quicunque exceſſus, quantumuis minimus, ſupra medietatem Capituli. Ex pri. Barchin. & ex Salm. c. 8.

Quot vota ad canonicam electionem requirantur.

Quare ſi omnia Capituli ſuffragia ſint viginti & vnum, & vndecim vota tantùm conſentiant, electio eſt canonica & valida, vt tamen canonica ſit, quinque ad minus vota debent congregari. Ex eiſdem.

Per vota ſecreta electiones fiāt.

Ordinamus iuxta Concilium Tridentinum, vt omnes electiones quorumcumque ſuperiorum, & aliorum officialium fiant per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Ex Concil. Trid. c. 6. ſeſſ. 25.

Nec vocales conſtituere, nec abſentium ſuffragia licet ſupplere.

Nec impoſterum liceat Prouinciales, Guardianos, aut alios quoſcunque titulares, ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces & ſuffragia abſentium ſupplere, ac nemini abſenti, vel præſenti votum cuicumque committere, prout ſacra Synodo cautum eſt. Ex eodem Conc.

Electio ſecus facta irrita, & electus inhabilis.

Si verò contra huius decreti conſtitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit: & is qui ſe eligi in Prælatum permiſerit, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis exiſtat. Ex eodem Conc.

Per ſchedulas ſecretas

Verùm, cùm in ſacro Concilio Tridentino non exprimatur forma in electione ſeruāda, præcipimus, omnes ſuperiorum Fratrum electiones per ſchedulas ſecretas faciendas eſſe, prout etiam Apoſtolica ſanctione iam cautum eſt. Ex Salm c. 8. & ex cōſt. Six. 5. & cōmunis.

Diſquiſitiores nominandi.

Quæ nimirum omnia vt rectiùs ſine fraude fiant, nominentur imprimis à Præſide Capituli, & Diſcretis ſiue Ordinis, ſiue Prouinciæ, aut Conuentus, vbi electio Ex Salm. c. 8. & ex cap. Quia propter, de elec.

electio facienda eſt reſpectiuè, duo teſtes ad minus, & vnus Secretarius, qui ſint de Corpore Capituli, in Diſquiſitores, nā electio ſine Diſquiſitoribus huiuſmodi eſt nulla.

Ex eiſdem, & ex Conc. & Cōſt. Ap. Six., .

Electionis ſecreto diſquiſitores obſtringēdi

Quibus ſeorſum ſic inſtitutis, coram Præſide, & vniuerſa Capitulari cōgregatione genuflexis, ſuper ſeruando electionis ſecreto, ita vt nullo modo eligentium nomina vllo quouis tempore publicentur, Præſes eos obſtringat ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.

Ex Sal. eiſdem, & ex vet. conſue.

Diſquiſitoribus ſedendum ad menſam, & quæ in ea debēt eſſe.

Deinde Diſquiſitores conſurgant, & loco aperto & conſpicuo coram Capitularibus vniuerſis ad menſam ſedeant, huius rei gratia antea paratam, in qua ſint tot vaſa, pro ſcriptis ſuffragijs in ea ipſa inſerendis, apta, quot fuerint electiones faciendæ, ac item inſtrumenta ad ſcribendum neceſſaria, habeāt quoque Diſquiſitores ipſi omnium eligentium nomina, in folio deſcripta.

Pro eiſdem ex conſuet.

Suffragia ſingulis ſcribēda, & ſubſcribenda.

Interim verò Electores ſinguli ſua ſuffragia manu propria in ſingulis ſchedulis ſcribant, & proprio nomine ſubſcribant, ſubſcriptionemque ipſam omnino claudant, ita vt non poſſit legi, niſi neceſſitas vrgeat.

Ex Tolet. 1583. & ex veteri conſuet.

Schedulę in vas inferendæ.

Poſtea Capitulares per ordinem vocati accedant, ab antiquioribus incipiendo, & quiſque ſchedulam ſuam ſecretò inferat in illud vas, ad id in menſa poſitum, & ſpecialiter deſignatum, coram Præſide, & toto Capitulo.

Ex eiſdem.

Schedulæ quomodo extrahēdæ, legendę, notandæ.

Quibus omnibus in electionis vas eiuſmodi, vt dictum eſt, illatis, ab eo, qui electioni præfuerit, coram ipſis Diſquiſitoribus ſupra menſam ſchedulæ extrahantur, & numerentur accuratè, & regulentur ab eiſdem diligenter, & ab eo, qui Secretarij fungitur officio, fideliter notentur, ſedentibus ipſis ad menſam, & reliqui vocales in ſuis locis ſedebunt, interim quod vota regulantur.

Ex eiſdem, & pri. Barc.

Electio publicāda, aut iteranda.

Quod ſi electio facta fuerit ab eodem Secretario clara & intelligibili voce vt infra publicetur: ſi verò facta non fuerit, iterentur eodem modo ſuffragiorum

rum receptio, & eorum ſcrutinia, ita vt ſemper ſuffragiorum numerus, qui pro ſingulis ſuffragatus fuerit, electoribus publicetur in quolibet ſcrutinio:

Publicandæ iam factę electionis forma.

Ex eiſdem.

Electione igitur facta, ſurgat Secretarius, & dicat: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Amẽ. Hæc eſt electio Canonica. N. facta in hoc Cõuentu. N. tali die, menſe & anno; hoc Ordine. Frater. N. habuit tot ſuffragia.* Et incipiat ab his qui pauciora habẽt. Et cũ debeat enunciare nomen illius qui canonicè eſt electus, dicat *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: Amen. Ego Frater. N. nomine meo, & nomine omnium veſtrorum, qui mecum conſenſiſtis, eligo Fratrem. N. cum tot ſuffragijs in N.*

Electus confirmandus, & qualiter & quando.

Ex eiſdem.

Electus autem quicumque ſit (præter Generalẽ Miniſtrum) (de quo infra) nullam habet authoritatem, quouſque fuerit confirmatus, ab eo, qui electioni præfuit, qui nimirum niſi iuſta ſubſit cauſa, ſtatim electum confirmabit, & electus tenebitur etiam ſtatim acceptare, & exercere officium illud.

Electores impedientium pœna.

Ex cõſt. Pij 5. Paſtoralis

Inſuper iuxta decreta Apoſtolica ordinamus, vt electiones omnes liberæ ſint, ita quod ſi Præſidens in electione, Electores quodammodo impedire, conuictus fuerit, quominus liberè eligant, officio ipſo facto priuatus exiſtat.

Quo caſu electio ad Præſidẽ deuoluatur, aut ad Generalẽ

Ex Clem. exiui. & ex Vltramont. c. 3.

Si tamen Electores in varia placita diuiſi, in vnius diei ſpatio non elegerint, Præſidens Capituli poterit, ſecundùm iuris diſpoſitionem, quem voluerit, ſecundum Deum eligere: ſi tamen electio ſit Miniſtri Prouincialis, ad Generalem ipſum omnino pertineat, interea verò Commiſſarius Prouinciæ per Præſidem inſtituatur, & acta capitularia quæcumq; terminentur. Idem ſtatuimus eſſe faciendum, in caſu in quo Electores elegerint, ſcienter indignum.

Electores & Confirmatores formis iure ſtatutis non arctantur.

Ex Comp. tit. elect. §. 4. & ex conſt. Pij 5.

In electionibus verò prædictis, & earum confirmationibus, formis aut ſolemnitatibus a iure ſtatutis non arctantur Electores, nec Confirmatores, vt Sedes Apoſtolica declarauit.

Electiones coarctant ũ pœna.

Ex eadem conſt. Pij 5.

Nulla tamen electio ſine ſpeciali facultate Apoſtolica poteſt coarctari: ſi autem, quomodolibet fuerit.

fuerit coarctata eo ipſo ſit irrita, & nulla.

Ex Salmãt. cap. 3. & ex conſt. Sixt. V.

Et vt ſuffragia, ſeu vota, ipſorumq; eligentium no mina omnino ſecreta ſint, & occulta, electione facta. ſiue peracto ſcrutinio, mox ſchedulæ, & omnia ſcri pta eiuſmodi corã ipſis Capitularibus vniuerſis om nino cõburantur prout etiam Apoſtolica ſanctione iam cautum eſt; quod etiam fieri oportet, quoties in ſcrutinio aliquis error interceſſerit.

Electionis ſchedulæ poſt electio nem cõburendæ.

Ex veteri conſuet.

In electionibus autem, quæ per Diffinitoriũ fiunt cũ compromiſſariæ ſint, & inter electores de perſo nis eligendis, & de earũ meritis conferendum ſit, ſer uetur ordo ex veteri cõſuetudine hucvſq; inuiolatè obſeruatus, quo electores ore ſuffragantur, & verbo.

In electioni bus per Diffinitoriũ fa ciendis ordo conſuetus ſeruandus.

De qualitate eligendorum.

Ex Valliſo. 1565. & ex Tolc. 1583. & ex conſt. Ap. Grego. XIIII. circunſpecta.

Eligendi in Miniſtros, & Commiſſarios Genera les, Cuſtodes, Guardianos, Præſidentes, Cõmiſſa rios Prouinciarum, ſeu Viſitatores, debẽt imprimis eſſe legitimè nati, quia nimirũ illegitimi ad prædicta officia promoueri non poſſunt, niſi fuerit cũ illis diſ penſatum per Generales, aut Prouinciales cum Ge nerali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, prout Apoſtolica ſanctione cautum eſt.

Illegitimi non promo uendi ſine diſpenſatio ne ſuperio ris, & Capi tuli.

Ex Tolet. eiſdem, & ex Bull. regimini in Marimag. fol. 144.

Hæc autẽ diſpenſatio nõ ſortietur effectũ, niſi ſub ſigillo Miniſtri, aut Commiſſarij generalis, ſiue Pro uincialis fuerit certitudinaliter declarata.

Diſpẽſatio declaranda ſub ſigillo munita.

Ex, cap. ex tua de filijs Presbyter. c. 20. de re gul. Concil. Tri. ſeſ. 25. c. 18. de re form. eadẽ ſeſs one.

Diſpenſatio verò de illegitimè natis, authoritate Apoſtolica per Prælatos cũ Capitulis, ſiue in Capitu lis, vt dictum eſt debitè facta, nõ debet ſecundùm ſa cros Canones, & ſecundùm Concil. Tridentinũ irri tari, cum præuilegia noſtra, quæ in prædicto Cõcilio non ſunt ſpecialiter reuocata, ab eo confirmentur.

Diſpẽſatio eiuſmodi nullo decre to Apoſtoli co irritatur.

Ex eiſdem, & ex Cõci. Tridẽ. ſeſſ. 25. c. 1. & 2. de reform.

Item, non aſſumentur ad prædicta munera, niſi qui ſint ętate triginta annorum grauitate morum, inte gritate vitæ & virtutum præſtantia cæteris pręcellẽ tes, & literarum ſcientia præditi qua muneribus in iunctis, & eorum neceſsitatibus ſatisfacere poſsint, vt ſacra iura decernunt.

Aetas, inte gritas vitæ, & ſcientia promouen dis neceſſa ria.

Sacrilegus ad quæ nõ promouendus.

Nullus tamen ſacrilegus, etiam ſi cum ipſo ſecundùm Ordinis priuilegia diſpenſatum fuerit in generalem Miniſtrum Commiſſarium, Diffinitorem generalem, vel Prouincialem eligi valeat. Ex Valliſol. 1565.

Inhabiles, falſarij, infam a conuictus, & alij vt ſupra.

Inhabiles etiam ad Ordinis officia omnia cenſendi ſunt, qui ſigillum Ordinis, etiam cuiuſuis Conuentus falſauerit, & qui notabili infamia alicuius criminis, (contra caſtitatem præſertim,) fuerit coram Prælato conuictus; & qui per ſæcularium fauores officia, vel alia quæcumque procurauerit, vt ſupra cautum eſt, cum cęteris, quæ in his ſtatutis inhabiles declarantur. Ex ſupradictis, & ex Valliſ. 1565.

Qui vitam cõmunẽ omnino ducere non valent, item.

Item ad prædicta officia eligendi, debent regulam beati Patris noſtri Franciſci obſeruare, & illam cum conſtitutionibus ſcire, & in choro, victu, & veſtitu, quantum officij neceſsitas conceſſerit, cum alijs ſe conformare, & tãdem in omnibus vitam communem ſine diſpenſatione ducere, aliàs inhabiles cenſeantur, etiam ex Apoſtolicis decretis, vt ſupra cautum eſt. Ex Ball. Vnion. ex prim. Barc. ex Tolet. 1606. & Roman. 1612. & ex conſt. Ap. Clemẽ. VIII.

Etiam ex Iudæis, Mahumetanis, & Hæreticis deſcendentes.

Præterea deſcendentes intra quartum gradum à Iudæis, vel à Mahumetanis, vel ab Hæreticis, quorũ oſſa, vel ſtatuæ, igni tradita ſunt, iuxta Apoſtolicas conſtitutiones, & declarationes, non poſſunt ad prædictas prælaturas aſſumi, & eligi, & ſcienter acceptãtes, & eligentes, & ſubditi obedientes, ſunt ipſo facto excommunicati, nec cum eis ſine ſpeciali facultate Apoſtolica diſpenſare licet. Ex conſt. Paul. IIII. ex Apoſt. officio, & Gregor. XIII. conſueuit.

Qui per informationẽ ſummariam inter fratres notatus fuerit, non eligendus donec iuridicè cõſtet oppoſitum.

Vt verò prędicta conſtitutio debitũ ſortiatur effectũ, ſtatuitur, vt nullus qui ſecundũ opinionẽ proborũ fratrũ per informationẽ ſummariã inter fratres factam, fuerit in prędicta conſtitutione Apoſtolica cõprehenſus, poſsit ad prędicta officia aſſumi, niſi priùs ad inſtantiã Prælatorũ Generaliũ, vel Prouincialiũ, fuerit per iudicem aliquem laicum, vel Eccleſiaſticũ facta iuridica inquiſitio de genere, & proſapia prædicti fratris in loco à quo originem trahit. Ex Tolet. 1583.

Informatio ſumaria fiat

Verùm, ne boni religioſi & aliàs benemeriti, cum ſcandalo, & dolo ab officijs Ordinum repellantur, præci- Ex eiſdem.

bimẽſi ante Capitulum.

præcipitur, vt inquiſitio ſummaria inter fratres, de
opinione eorum, qui ſunt comprehenſi in prædicta
conſtitutione fiat ante duos menſes, quàm Capitu-
lum, vel Congregatio celebretur, vt commodum
tempus non deſit, ad inquiſitionem iuridicam, & au-
thenticam ad ſui purgationem, vel opinionem con-
firmandam in loco, à quo prędictus frater grauatus
orginem ducit.

Ex eiſdem. Secus facta informatio ſummaria, non obſtat niſi, &c.

Et ideò ſtrictè præcipimus, vt nullus fratrer pro-
pter informationem ſummariam inter fratres fa-
ctam tempore electionis, vel poſt prædictos duos
menſes, poſsit ab officijs Ordinis repelli, niſi eſſet
notoria illius fratris infecta deſcendentia intra quar-
tum gradum.

Ex eiſdem. Prælatus qui ſummariam fecerit teneatur iuridicam ſtatim facere.

Rurſus ſtatuitur, vt Prælatus, qui prædictam infor
matiõe ſummariam fecit, teneatur ſtatim informa-
tionem iuridicam, (vt dictum eſt) facere in loco, oppi
do, villa, vel ciuitate prædicti fratris, vt de veritate
cõſtare poſsit: & Prælatus, qui ſecus fecerit, per quin
quennium actibus legitimis ſit priuatus.

Ex eiſdem. Semel à ſiniſtra opinione purgatus nõ vlteriùs repellendus.

Et tandem, vt pax conſeruetur, & ſcandala vi-
tentur, ſtatuitur, vt qui ſemel per inquiſitionem
ad inſtantiam Prælatorum factam, fuerit à ſiniſtra
infecti generis opinione purgatus, non poſsit vl-
teriùs prædictus frater ab Ordinis officijs repelli ra-
tione infecti generis, nec poſsint informationes,
ſeu inquiſitiones prædictæ vlteriùs in dubium reuo-
cari, & oppoſitum facientes, vt perturbatores pa-
cis puniantur.

De Diſcretis Conuentuum.

Ex Veteri conſuet. & ex Tole. eiſdem. Diſcreti in ſingulis Conuentibus deſtinandi.

IN ſingulis noſtræ Religionis Conuentibus ſint de-
ſtinati religioſi aliqui, qui ſint, & appellantur Diſ-
creti, quorum conſilio grauiores cauſæ decernantur
à Guardiano: numerus verò Diſcretorum, & modus
eligendi relinquitur ad diſpoſitionem Prouinciarum.

Pro eiſdẽ. Diſcreti non niſi vera & certa ſubſcribãt

Caueant Conuentus Diſcreti, ne in computis, ſiue
Miſſarũ, ſiue eleemoſynarum, præſertim ad Capitulũ

Prouinciale mittendis, vel in inuentarijs, ſubſcribat, niſi ſibi cōſtiterit, certa, & vera eſſe omnia, quæ ſcripta fuerint, ſecus autē facientes, vt infideles puniantur.

Miniſtro vel Capitulo vtilia Cōuentui vel Prouinciæ propōnāt.

Curabunt item Diſcreti Conuentus, quæcumque pro ſui Conuentus religioſa conſeruatione, & reformatione, & Prouinciæ ſtatu viderint expedire, ea prudenter circūſpecti, vel Miniſtro in viſitatione, vel Capitulo Prouinciali in ſcriptis proponere, & intimare. Ex Tolet. eiſdē.

Diſcreti ad Capitula Prouincialia omnino tollūtur.

Cùm experientia conſtet, nihil magis aduerſari Cænobiorum paci, & tranquillitati, quàm Diſcretorum ad Prouincialia Comitia deſignandorum, per fratrū ſuffragia electio, illos ex ſpeciali indulto Apoſtolico omnino è medio tollimus in Prouincijs, quę ad minus decē habent Conuentus, declarātes electiones omnes in dictis Capitulis faciēdas eſſe, per reliquorū omniū ſuffragia, qui iuxta generalia Ordinis ſtatuta, vel cuiuſcūque Prouincię debita authoritate facta vocem actiuam ſoliti ſunt habere in dictis Capitulis. Ex Rom. 1600. Decret. Apoſt. Cle. VIII.

De Diſcretis Prouinciarum.

Votum & præcedentia Patribus Ordinis, & Prouinciarum conceditur.

IVxta diſpenſationem ſanctiſmi Domini noſtri D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. de cōſilio, conſenſu & voto totius Capituli generalis ſecreto ab Illuſtriſ. D. Nuncio Pręſide explorato, renouantur ſtatuta Neapolitana, & Valliſoletana, cōcedētia votum, & præcedentiam in omnibus Congregationibus, etiā capitularibus Patribus Ordinis, & Prouinciarum ibidem annumeratis, vidalicet illis, qui Miniſtri, & Cōmiſſarij generales, officiales Romanæ Curiæ, Diffinitores Ordinis, Miniſtri Prouinciarum, Secretarij Reuerendiſsimorum Generalium, & Cōmiſſariorum generalium, iuxta Bullā vnionis electorum per continuū triennium in capite, & Guardiani Terræ Sanctæ extiterunt, ea lege, quòd nullum aliud habeant priuilegium, vel exemptionem, niſi votum, & præcedentiam, virtute illorum ſtatutorum, non obſtantibus literis Clementis VIII. fælicis recordationis, prędicta ſtatuta reuocantibus, & annullātibus, ne deſint in Diffinito- Diſpen. Ap. Paul. V. ex Tolec. 106. ex Valliſo. 1593.

finitorijs,& alijs capitularibus Congregationibus viri graues,& experti.

Et Salmā. cap.8.&Vallis. 1595. ex Rom. 1587.& cōſtit. Ap. Grego. XII. conſueuit.

Diſcreti ergo,ſiue Patres Prouinciarum, ac Diffitores perpetui ſunt ipſo facto,omnes Patres Ordinis, illi videlicet qui olim fuerunt Miniſtri, Vicarij,Commiſſarij, & Vicecommiſſarij generales, ſecundùm Bullam vnionis,& Ordinis ſtatuta electi,Commiſſarius generalis Indiarum in Curia Regia reſidens, officiales Curiæ,& Diffinitores generales dum actu ſua munera exercent in ſua quiſque Prouincia.

Patres ſuarum Prouinciarum qui Prælati Generales fuerūt Indiarum, Cōmiſſarij officiales Curiæ, & Diffinitores generales actuales.

Ex Vallis. 1593. & Tolet. 1606.

Similiter ſunt Diſcreti, & Patres ſuarum Prouinciarum perpetuò omnes qui functi fuerint officio Miniſtri Prouincialis in ſuis Prouincijs.

Sunt etiam Diſcreti Patres, ac Diffinitores perpetui in ſuis Prouincijs,qui Procuratoris Commiſſarij Curiæ functi fuerint officijs,& qui Diffinitores generales fuerunt,& ſimiliter, qui per triennium fuerunt Ordinis Secretarij,videlicet,Miniſtri,aut Vicarij,Cōmiſſarij, aut Vicecommiſſarij Generales, ſecundùm Bullam vnionis, & Ordinis ſtatuta electorum.

Ex Rom. 1587.&ex ca. Gen. Segou. 1621.

Qui Miniſtri Prouinciales fuerunt,& Ordinis Secretarij. Commiſſarij generales Regni Peruani Nouę Hiſpaniæ, & Indiæ Orientalis.

Pariter ſunt Diſcreti Patres, ac Diffinitores ſuarum Prouinciarum perpetuò,qui per triennium laudabiliter functi ſunt officio Commiſſarij in toto Regno Peruano, vel in tota Noua Hiſpania, vel etiam in Orientali India, dummodo in ſuis Prouincijs anteà Diffinitores,vel Lectores iubilati fuerint, ſecùs veró nullo priuilegio,vel præcedentia gaudeant,ob eorum munerum functionem.

Ex ca. Ge. Sego.

Ex Salmāt. c.8. & Tole. 1583.

Diffinitores autem, & Cuſtodes, dum actualiter eiſdem muneribus funguntur, Diſcreti ſuarum Prouinciarum cenſendi ſunt.

Diffinitores,& Cuſtodes.

Ex ſupra citatis

Qui omnes quiſque ſua prouincia habent votum conſultiuum,deciſiuū, & electiuum in omnibus Diffinitorijs etiam extra capitulum congregandis ac propterea ad ſingula debent vocari.

Ex p. ci q.

Quæ vota habeāt, & ad quæ vocandi.

Quæ vota habeāt & ad aquæ vocandi.

Titulum verò Paternitatis ſolis Patribus Prouinciarum præfatis & ijs qui eorum gaudent Priuilegijs debitum nemo alijs erogare audeat ſub annua priuatione actuum legitimorum.

Ex Vitoriā 1596

Titulus Paternitatis ipſis & non alijs erogādus.

Qui

In alijs Prouincij miniſterio functi quibus gaudere debent.

Ex Tolet. 1606.

Qui in alijs Prouincijs Prouincialium Miniſtrorum munus exercuerint, ſi ad proprias reuertantur, non erunt perpetui Diffinitores, in reliquis autem potientur omnibus priuilegijs, quæ conceſſa ſunt illis, qui in ſua Prouincia Miniſtri Prouinciales extiterunt, habeantque votum in Capitulis prouincialibus, quemadmodum Lectores iubilati.

Patrũ priuilegio gaudentes, præcedentiam ſine voto habent.

Ex eiſdem & ex decre Ap. Pauli. 5 dat. Ro. ſub Ann Piſcat die. 10. Octo. ann. 1614.

Si quis autem vel iam obtinuerit, vel in poſterum impetrauerit priuilegium Patrum prædictorum, ſine reali & actuali exercitio officiorum ſuprà memoratorum, tale priuilegium, ſiue indultum, iuxta eiuſdẽ D. PP. Pauli V. decretum, in Salmanticenſi generali Capitulo receptum, & modo probatum, intelligi debere, & intelligendum cenſemus priuilegium eiuſmodi de ſola præcedentia, non autem de voto quouis modo exhibendo.

Nullus deinceps Pater prouin. inſtituendus.

Ex eodem decreto.

Atque inſuper ad eiuſdem Apoſtolici decreti præſcriptum, ſtatuimus, vt nullus Frater deinceps poſſit fieri Pater Prouinciæ per Prouinciale, neque per Generale Capitulum,

De Diſcretis Ordinis & familiæ.

Patres totius Ordinis, qui eius Prælati Generales fuerũt, quę eorum munera, & ad quæ vocandi.

Ex cõſt. Ap Greg. 13. conſueuit. ex Sal. c. 8. ex Valliſolet. 1563. & 1593. ex Tolet. 1606

IVxta diſpenſationem Apoſtolicam ſuprà dictam, ſunt Diſcreti & Patres, ac Diffinitores perpetui totius Ordinis, omnes qui olim fuerunt Miniſtri generales, & qui Vicarij generalis officio per biennium functi ſunt, qui propterea ad generalia Comitia, & ad Vicarij, & Vicecommiſſarij generalis electionem (ſi in ea familia, in qua morantur, eligendi ſunt) ac denique ad omnia ardua negotia vnuerſum Ordinem concernentia, ſemper vocari debent: qui etiam in omnibus Capitulis, & congregationibus generalibus votum conſultiuum, deciſiuum, & in electionibus quibuſuis etiam electiuum habent.

Patres Ordinis iſtius familiæ, qui in

Ex eiſdem.

Patres verò Ordinis iſtius dumtaxat familiæ, perpetuique Diffinitores, & Diſcreti in ea cenſendi ſunt eo ipſo, qui Cõmiſſarij generales ſecũdùm Bul-

lam

lam vnionis electi fuerunt, & etiam qui Vicecommiſſarij Generales biennio integro extiterunt, atque ideo ad Comitia generalia, & ad ea omnia, ad quæ Patres Ordinis ſuprà memorati vocandi ſunt, debent etiam vocari, in quibus vota, vt ſuprà, conſultiua, deciſiua, & electiua, habere debent. — ea Prælati Generales, quibuſque gaudere debent.

Ex conſt. Ap. Sixt. 5. cum ad regé dos, & ex c. g. Ro. 1587. — Commiſſarius item Generalis Indiarum, qui in Curia Regis Catholici reſidet dum actu ſuum munus exercet, Diſcretus, Pater, & Diffinitor Ordinis in hac familia dumtaxat habendus eſt, vocarique debet ad Comitia generalia in vtraque familia celebranda in quibus votum, vt ſuprà dictum eſt, habet ſicut & cæteri familiæ Patres. — Commiſſarius generalis Indiarũ item.

Ex Sal. c. 8. & ex conſt. Greg. 13. cõ ſueuit. & ex vet. conſ. familiæ. — Diſcreti verò, & Patres Ordinis iſtius familiæ, pro tempore dumtaxat exiſtentes cenſendi ſunt, Procurator Ordinis, Commiſſarius Curiæ Romanæ, & Diffinitores in Comitijs generalibus electi, qui poſtea, & ſi Patres ſuarum Prouinciarum exiſtant, non tamen Ordinis, neque familiæ Patres ſunt nuncupandi. — Officiales Curiæ, & Diffinitores generales pro tempore.

De Guardianis.

Ex c. g. Mechlin. 1499 & Burdega. 1520. & ex Salm. c. 8. — GVardianos omnes, per Miniſtros, & Diffinitores Prouinciales (ad quos legitimè cógregatos pertinet vera & canonica Guardianorum electio, per compromiſſum omnium Prouinciarum) in diffinitorijs Capitularibus eligendos eſſe, decernimus: prout laudabilis & probata eos ſic eligendi conſuetudo, conſtitutioneſque antiquæ id ipſum decernunt, quas etiam ſæpe innouatas probamus, vt perpetuò atque inuiolatè in poſterum ſeruentur. — Guardianorum inſtitutio ad diffinitorium legitime congregatũ ſpectat.

Ex c. g. Burdegal. 1520 ex Tolet. 1606. — Verùm ſi extra Capitulum, Guardianus quacunque ratione vacauerit, eius electio non ſuffragijs Conuentus, ſed per Diffinitorium fiat: quod ſi ad congregandum Diffinitorium difficultas aliqua interceſſerit, Miniſter Prouincialis vſque ad debitum tempus Præſidem deſignet. — Etiamſi extra Capitulum vacauerint.

Ex pri. Bar- — Si autem cum licentia Prælatorum Generalium — Si electio da-

ratio

Generaliū conſenſu Conuentui cõmittatur, qualiter fieri debet. — *chin. & ex Tolet. 1583*

rationabili cauſa, & non aliter conceſſa contingat committere electionem Guardiani, qui extra Capitulum vacauerit, Conuentui vacanti vt Fratres in illo commorantes ſibi Guardianum præficiant in eiuſmodi Guardiani electione, omnes Sacerdotes & Clerici in ſacris Ordinibus cõſtituti, habentes duos profeſsionis annos completos, poterunt ſuffragari, & has qualitates habentes, non poterunt niſi propter demerita à ſuffragandi munere repelli.

Secretarij prouinc. nó interſint tali electioni. — *Ex Ro. 1587*

Prouinciales Miniſtri, vel Commiſſarij electioni alicuius Guardiani per Conuentum faciendæ, Præſidentes ſuos Secretarios, vel Scribas pro auditoribus minimè aſſumant, ne fortè huiuſmodi electionem violentari, ſiue vim pati contingat, ſed huiuſmodi auditores ex ipſius Conuentus Corpore ſeligantur.

Patres prouinciarū ne ſint Guardiani, niſi &c. — *Ex Valliſolet. 1593.*

Ad Guardianatus officium promoueri non poſſunt Patres, ſiue Diſcreti Prouinciarum, niſi rationabilibus & vrgentibus de cauſis Diffinitorio probatis, conſulto tamen ſuperiori Generali aliter expedire videatur, quo caſu in Diffinitorio non ſunt admittendi per totum illud temporis ſpatium, quo Guardiani fuerint.

Diffinitores & Cuſtodes nullatenus. — *Ex Tolet. 1583.*

Diffinitores etiam, & Cuſtodes dum actu ſua munera exercent (hoc eſt à Capitulo, in quo electi ſunt vſque ad Capitulum ſequens excluſiuè) nullo modo poſsint eligi in Guardianos.

Guardiani non vocentur, qui duodecim ſubditos non habent. — *Ex eiſdem.*

Fratres verò qui præſident locis, in quibus duodecim Fratres ad minus commodè viuere poſſunt, appellentur, & ſint Guardiani, ſin minus Vicarij appellentur.

Guardiani ſint triennales, nec vltra continuentur, niſi anno vacauerint. — *Ex eiſdem, & ex Rom. 1612.*

Guardiani omnes Triennales ſint, & in omnibus Capitulis etiam intermedijs ſuis officiis renunciare debent, finito autem triennio, neque in illo, neque in alio Conuentu, etiam cum titulo Præſidentium continuari poſſunt, niſi ad minus per annum integrum vacauerint: Prouincialis autem qui ſecus conſenſerit, ſuo ſit priuatus officio.

Si vltra triē — *Ex Tolet.*

Conſtitutio verò Apoſtolica prohibens, ne quiſquam

1606.&Ro. 1612. quam Guardianus in eodem Conuentu, vel Miniſter in eadem Prouintia vltra triennium duret, declarata eſt per felicis recordationis Clementem Papam Octauum, vt Prælati generales vltra ſignatum tempus poſsint differre Capitula Prouincialia per ſex menſes, ſi videbitur expedire, per quod idem tempus durabunt Guardiani, & Prouinciales Miniſtri. nium Capitulis differatur, durabunt Guardiani.

Ex Tolet. 1606. Quo circa declaratur, quod triennium Guardianorum tempus à Capitulo in Capitulum, vel à Congregatione in Congregationem numeretur, etiam ſi hæc Capitula, vel Congregationes vltra tres annos ob aliquam rationem protrahantur, dummodo ſex menſes non excedant. Eorum tempus a Capitulo in Capitulū computandum.

Ex Victorian. 1596. probat. Ro. 1600. Guardiani non poſsint de vno in alium Conuentum promoueri in eadem hebdomada ſine rationabili cauſa à ſuperioribus Generalibus probata, & de eorum licentia ſcripta. De vno in alium Conuentum nõ promouendi.

Ex ca. Gen. Sego. 1621. Quia verò ouium cognitio, & earum cura præpoſitis ex diuino præcepto neceſſaria, ipſis abſentibus, omnino haberi & exerceri non poteſt, Guardianis omnibus diſtricte inhibemus, ne vltra menſem per annum à ſuis conuentibus, & eorum terminis abſint, & hoc de licentia ſcripta Prouincialium, quibus præcipitur ne eam concedant, niſi vrgenti de cauſa, vel Chriſtianæ pietati, vel Reipublicæ vtilitati concernenti: nec licebit eis plus temporis Guardianis elargiri, ſiue vna, ſiue pluribus vicibus neceſsitas talis licentiæ concedendæ ſe offerat, ſuper quo eorum conſcientias oneramus. Vrgenti de cauſa non amplius mēſe per annū liceat Guardianis abeſſe.

Ex eiſdem. Guardianus autem, qui ſine prædicta licentia limites ſuæ Guardianiæ egredi auſerit, & cum licentia vltra tempus vnius menſis, ſiue continui, ſiue diſcontinui, per annum demorauerit, ab officio eo ipſo irremiſsibiliter priuetur. Secus facientium pœnę.

(✠)

& maximè idonei, & qui trigeſimũ ætatis annum, & religionis decimũ attigerint, instituantur, nulluſque Præſes nominetur, etiam ſi præſideat in locis, in quibus minus, quàm duodecim fratres viuere poſsint. di, neque Præſides di cendi.

De Diffinitoribus Prouinciarum.

Ex Antiq. c. 10. & pri. Barchi. c. 8. Ex Sal. c. 8. & Tolet. 1583. & ex Rom. 1600. IN quibuſcumque comitijs Prouincialibus, etiam ſi in illis non ſit eligendus Miniſter Prouincialis, eligantur quatuor tantùm Diffinitores, qui nõ ſint de illis, qui in præcedente capitulo fuerãt electi, aut poſteà ſubrogati ad idem Diffinitionis munus (ſi in eo integro biennio extiterint.) Non poterunt tamẽ in Diffinitores eligi, qui non ſunt de corpore capituli, etiam ſi ſint præſentes. Diffinitores quatuor in cap. Prouin. eligendi, & quales.

Ex eiſdem. Quia verò ſolent nonnunquam in primo ſcrutinio plures, quàm quatuor Diffinitores eligi, declaramus, quod illi ſint præferendi, qui plura habuere ſuffragia: ſi verò vota ſũt paria, præferatur antiquior (ſecundùm Ordinis ſtatuta) in religione. Si plures eligãtur quis præferendus.

Ex Rom. 1587. & 1612. Si verò contigat, quòd aliquis Diffinitor actualis moriatur, ſiue alia ratione vacauerit, eius loco ſubrogetur, & pro ſubrogato habeatur ipſo facto, qui olim fuit Diffinitor, vel Cuſtos, & eſt antiquior in Diffinitionis, vel Cuſtodiatus officio. Si verò Diffinitores, & Cuſtodes antiqui defuerint, ſubrogentur Guardiani præcipui ſecundùm Ordinem tabulæ, dũmodo ſe Guardianatu abdicent. Diffinitoriatu vacãte quis ſubrogandus.

Ex Rom. 1587. & 1600. Subrogatus verò vltimum locum in cõſeſu habeat inter reliquos Diffinitores, & in capitulo Prouinciali proximè ſubſequẽti ad huiuſmodi Diffinitoriatus munus aſſummi minimè valeat, neque ad Cuſtodiatum, ſi biennio, vt dictum eſt, integro in eo munere extiterit. Subrogatus quo loco ſedere debeat, nec aſſumẽdus, niſi, &c.

Ex prim. Barch. & ex Tolc. 1583. Ad ipſos verò Diffinitores in capitulo cõgregatos cum Prouinciali Miniſtro pertinet diffinire, & expedire omnia, quæ ad Prouinciæ bonam, & exactam gubernationem expedire videbuntur, dũmodo nullas ordinationes conſtituant ſine maioris partis capituli aſſenſu, & conſilio. Quæ Diffinitorũ munera.

Quorum officiorum inſtitutio ad Diffinitores ſpectat.

Debet etiã Diffinitoriũ prædicatores,& cõfeſſores ſæcularium inſtituere:& Guardianos,& monialium confeſſores eligere,atq; LectoresTheologiæ conſignare & Magiſtros nouitiorum nominare. — Ex eiſdem Tolet.& ſupra citat.

Diffinitorium Capitulare quãto tempore durabit.

Diffinitorium verò non poſsit,poſtquàm Capitularis tabula fuerit promulgata, vltra octo dies dilatari, quibus tranſactis,ipſo facto maneat Diffinitoriũ omnino dilutum,& ſine vlla authoritate Capitulari. — Ex Tolet. eiſdem.

Extra Capitulum Guardiani ab ipſis eligendi.

Pertinet etiam ad Diffinitorium omnes Guardianos eligere,qui extra Capitulũ vacauerint, quapropter ſemper vocari debent ad electiones eiuſmodi omnes qui in Diffinitorio ſuffragio gaudent, & niſi legitimo impedimento ſe excuſauerint,nõ poteſt fieri ſine illis electio. — Ex ſupra citatis.

Modus in ſuffragijs ferẽdis ſeruandus.

Ordinamus,vt in Diffinitorio, & in alia quacumque congregatione, ſuffragia incipiant à dignioribus Diſcretis.expreſsè tamen prohibemus, vt Prouincialis,nec Prælati generales ſint primi,qui in electionibus,vel in rebus agẽdis ſuffragentur,aut ſuam aperiant voluntatem, vt antiqua volunt ſtatuta Et nullo modo aliquod negotium arduum proponatur,& decidatur ſimul,ſed ſemper deliberatio inter media fiat. — Ex Tolet. eiſdem.

Ordo præcedentiæ inter Diffinitores,& Cuſtodes.

Diffinitores, & Cuſtodes actuales inter ſe præcedentiam habeant, non ſecundùm numerum ſuffragiorum,ſed iuxta annos ſuſceptionis habitus, hoc etiam ſeruetur à Diffinitoribus præteritis, & Cuſtodibus inter ſe. — Ex Vallisol. 1593.

Vnus Diffinitor ſit Recollectus.

In Prouincijs in quibus fuerint adminus tres Conuentus Recollectorum vnus ex quatuor Diffinitoribus ex Recollectis eligatur,in eius tamen vacante,ordo ſupradictus ſeruetur,qui ſi à Recollectione diſceſſerit ſine legitima cauſa à Diffinitorio probata, non gaudeat priuilegijs,quibus gaudent,qui fuere Diffinitores. — Ex Romi. 1612.

De Cuſtodibus ad Capitulum generale.

Qui nam olim fuerũt Cuſtodes.

CVm electio Generalis Miniſtri ſecundùm regulam noſtrã ad Miniſtros, & Cuſtodes pertineat, — Ex Tolet. 1583. & ex cõſt. Nicol.

cumque

IIII ad ſtatum pacifi. &c.

cumque olim plures eſſent in vna Prouincia Cuſtodiæ, & Cuſtodes: Apoſtolica conſtitutione cautum eſt, vt vnus ex omnibus Cuſtodibus eligeretur mittendus ad Capitulum Generale, qui Cuſtos Cuſtodum appellaretur.

Ex eiſdem Tolet. & ex Bull. vnio. Leo. X. Ite, & vos, &c.

Qui nunc ſint Cuſtodes.

Verùm cùm iam in noſtra obſeruantia Cuſtodiæ ferè expirauerint, authoritate Pōtificia declaratum eſt, vt Diſcreti, qui olim cum Vicarijs Prouincialibus eligebantur ad Capitulum generale mittendi, Cuſtodes appellarentur.

Ex Salm. c. 8. & Tolet. eiſdem.

Cuſtodis electio vbi, & quomodo facieda.

Illi igitur Cuſtodes eligantur ſemper in Capitulo Prouinciali, eorum verò electio per ſcrutinium fieri debet ſicut electio Miniſtri, & Diffinitorum.

Ex Rom. 1612. & ca. Gen. Sego. 1621.

Nec Diffinitor Cuſtos, nec è cóuerſo eligédus. Cuſtodis priuilegia

Nullus tamen Cuſtos poſsit eligi Diffinitor, nec Diffinitor Cuſtos, gaudere etenim debere decernimus Cuſtodes omnibus priuilegijs Diffinitorum quantum ad ſuffragium, præcedentiam, & ſubrogationem, aliqua diffinitione vacante.

Pro eiſdé, ex Sego.

In eius vacante alius eligendus.

Verùm ſi extra Capitulum contingat, quod prædictus Cuſtos, vel impeditus ſit quominus ad Capitulum generale accedere poſsit, vel quacumque ex cauſa vacauerit, cùm etiam de corpore Diffinitorij ſit, eius loco alius eligatur à Prouinciali Miniſtro, & Diſcretis Prouinciæ.

Ex Salman. cap 8. & ex Tole. 1583.

Suæ electionis teſtimonium deferat ad cap. Genera. ad quod ſi non ierit puniédus.

Qui nimirū Cuſtos literas teſtimoniales ſuæ electionis deferre debeat ad Capitulum, ſiue Congregationem generalem, in quibus habebit vocem, vt verus, & legitimus vocalis. ſi verò, ceſſante legitimo impedimento non acceſſerit ad Comitia generalia, actibus legitimis priuetur per biennium.

Ex Rom. 1587.

Syndicationes Generalium. Prælatorum quo modo in C. Prouin. ſuſcipiendæ.

Statuitur, vt quoties de excipiendis ſupremorum Prælatorum defectibus, vt ad generale Capitulum deferantur, agendum fuerit, Prouincialis Capituli, ſiue intermedij, præfatum generale Capitulum proximè præcedentis, præſes, vnum notarium, ſiue ſcribam atque teſtes, qui præfatorum Prælatorum defectus (ſi qui fuerint) ab omnibus vocalibus ſecreto excipiant, eligat, nominetque.

In congregatione ante capit. gener. item.

Si verò congregatio tantùm pro Cuſtodis electione, ſiuè alia re determinanda ante Generale Capitulum habenda veniat, Prouincialis Miniſter Guardianos ſibi ſubditos monebit, quatenus ſuis in Conuentibus (electis Notario & teſtibus) de huiuſmodi ſuperiorum defectibus ſecretò inquirant, & ſi quid aduerſus eos inuenerint, id chirographo communitum, atque ſigillo firmatum, vt nulli alteri conſtet, præfatā ad congregationē committant. Præfatæ vero Congregationis Patres iuxta à Guardianis tranſmiſſa proceſſum inſtituant, nihil interim admittentes, quod per fidedignos teſtes probatum minimè fuerit. Ex eiſdem.

Si nullæ ſint ſyndicationes, teſtimonium deferat Cuſtos, & oſtēdat ſub pœna.

Quòd ſi Prouincia nullam habeat ſyndicationem mittendam ad Capitulum generale, Cuſtos teneatur ſub eadem priuatione, deferre ſecum literas teſtimoniales, ſubſcriptas à Prouinciali, & Diſcretis Prouinciæ, & ſigillatas, quibus Prouincia teſtificetur, nullam habere viſitationem contra Miniſtrum, vel Commiſſarium generalem, vel contra aliquem aliū Religioſum: quod quidem teſtimonium teneatur Cuſtos publicè in diffinitorio oſtendere. Quod nimirum ita faciēdum duximus, vt Cuſtodes non poſſint diſsimulare viſitationē à Prouincijs tranſmiſsā. Ex Tolet. 1583.

Syndicationes ferēdæ, & præſentādæ ſub pœna.

Si verò ſit à Prouincijs ſyndicatio contra prædictos mittenda ad Capitulum generale, prædicti Cuſtodes teneantur, ſub triennali actuum legitimorum priuatione, prædictam ſyndicationem ſecum ferre authenticam, quam diffinitorio Capituli generalis præſentabunt. Ex eiſdem.

De Prouincialibus Miniſtris.

Prouincialis electio à quibus, & quando facienda.

DEclaramus, Miniſtrorum Prouincialium electionem, vt in Concilio Viēnenſi decretum eſt, ad Capitulum Prouinciale pertinere. Quam electionē idem Capitulum die ſequenti qua fuerit congregatū, videlicet, Sabbatō poſt Miſſam de Spiritu ſancto, facere teneatur. Ex eiſdem. & ex Clemēt. ex iui. &c.

Verùm

Ex eiſdem.

In vltramarinis Prouincijs, Miniſtri per Generales poſſunt inſtitui

Verùm ſi capitulis, vel Prælatis generalibus cum proborum conſilio, ex certa ſcientia, & rationabili cauſa viſum fuerit aliquando expedire, in Prouinciis vltra marinis poterunt quidem Miniſtri Prouinciales inſtitui extra capitulum, per generales Prelatos, cum proborum conſilio.

Ex c.g. Ro. 1600.

Ex aliena Prouincia non eligendi, niſi &c.

Miniſtri Prouinciales in poſterum non eligantur ex alienis Prouincijs, niſi magna & vrgenti neceſsitate, & ex conſenſu totius Diffinitorij.

ExBul.Leo. 10. ex c.g. Laualen. 1505.& Sal. c.8.&conſt. Greg. 13. conſueuit.

Miniſtri triẽnales tantũ ſint, & ſex ennio vacent.

Omnes igitur Miniſtri Prouinciales erunt triennij, ſecundùm conſtitutiones Ordinis antiquas, & iuxta Apoſtolica decreta à D. Sixt. 5 innouata, nec poſſunt iterum in Miniſtros Prouinciales eligi, niſi poſt duplum temporis, ſecundùm conſtitutionem Dom. Greg. 13. id eſt, poſt ſex annos expletos.

ex Tolet. 1583.

Semeſtri ante trienniũ. ſuperiores monendi.

Omnes Miniſtri, ante ſex menſes ſuæ vacaturæ, teneãtur Prælatos generales certiores facere de die in qua triennium ſuum expletur, vt poſsit commodiùs de illius Prouinciæ viſitatione deliberari.

Ex eiſdem, iuxta regul.

Ad cap.gen. Miniſtri adire tenentur, ſub. pœna.

Cùm ergo ex regula teneantur Miniſtri Prouinciales ad capitulum generale accedere, ſi illo ire prætermittant ſine legitimo impedimento, ab officio abſoluantur.

Ex eiſdem, & Salm.c.8.

Legitimè præpeditis, quid faciendum.

In caſu verò quo fuerint legitimè præpediti, poterunt cum Diſcretis Prouinciæ eligere Commiſſarium qui excuſationem authenticam ſui Prouincialis capitulo generali præſentabit, & habebit vocem actiuam & paſsiuam in omnibus electionibus, ac ſi verus eſſet Prouincialis.

Ex Vltramon.ca.8

Delinquentiũ punitiones à Miniſtris haud differendæ.

Prouinciales Miniſtri punitiones delinquentium ad aduentum Generalium vſque ne differant, ſed ſecundùm Ordinis ac Prouinciarum ſtatuta de Patrũ conſilio vbi opus ſit, eos pro eorum demeritis punire teneantur, ſub pœna priuationis officij ſuperiorum arbitrio negligentibus ſubeunda.

Ex Conc. Trid.ſeſ.23 ca 11.12.13 14. & ex

Seruatis ſeruandis, ad Ordines admittere debent Miniſtri.

Ad ſacros Ordines ſuſcipiendos neminem admittant, niſi ſeruatis temporum interſtitijs, ac cæteris ſeruandis, prout ſacra Tridentina Synodo, & conſtitutionibus Apoſtolicis ſancitum eſt, & alijs Ordinis Decretis.

Decretis. Qui contrà fecerit, à ſuperiori puniatur.

Ad quæ nõ debent Fratres alienarũ prouinc. admitti. — conſt. Sixt. 5. ſanctum, & ſalutare. Ex Ro. 1587

Mandamus Patribus Miniſtris Prouinciarum, ne admittant ad prædicandum, nec ad confeſsiones audiendas, nec ad ſacros Ordines ſumendos, Fratres alienarum Prouinciarum.

Actorũ prouinc alium regiſtrum faciendum. — Ex Sal. c. 8.

Statuimus etiam, vt omnes Prouinciales, à die, in qua electi ſunt, regiſtrum faciant in quo ordinata in Capitulo Prouinciali ponantur, & omnia negotia, quæ ſunt alicuius ponderis, ibi ſcribantur, quod in archiuio Prouinciæ perpetuò ſeruetur.

Regiſtrum item punitorum, a quo delendi qui vita ceſſerint. — Ex eiſdem.

In alio præterea regiſtro deſcribantur omnes carcerati, canonicè moniti, aut aliàs pœnitentiati, tacitis tamen defectibus, propter quos eoſdem puniri contigerit. Hoc etiam regiſtrum in eodem archiuio aſſeruetur: ſed cum quis eorum, qui in eo contenti fuerint è vita ceſſerit, eius nomen & pœnitentia omnino deleatur.

De Commiſſarijs Prouinciarum.

Qui Commiſſarij prouin. cẽſendi — Ex Tolet. 1583.

COmmiſſarios Prouinciarum appellamus eos Patres, qui ex aliqua cauſa occurrente, ex eadem Prouincia aſſumuntur, vt in eandem Prouinciam authoritatem habeant.

Trienn:o expleto, Miniſtri Commiſſarij appellandi. — Ex c.g. Aſſiſien. 1526. & ex Sal. c. 8

Poſtquam verò Miniſter Prouincialis ſuum triẽnium expleuerit, ſi viſitator Prouinciæ nondum ad illam acceſſerit, ipſe Miniſter ſit ipſius Prouinciæ Commiſſarius authoritate Capituli generalis, qui ab eo die in quo triennium fuerit completum, non appellabitur Miniſter Prouincialis, ſed Commiſſarius Prouinciæ.

Prouinciali à Prouincia decedenti, quid faciendum. — Ex Ro. 1587

Quoties Prouinciali Miniſtro, ad generale Capitulum proficiſcendum ſit, vel alio neceſſario eundum, teneatur is tum Prouinciæ ſibi cõmiſſæ Diffinitores, tum quoque Diſcretos conuocare, atque de eorum conſenſu & voto, ei, in quem maior eorum pars conſenſerit, præfatæ Prouinciæ ſigillum relinquere.

Verùm

Ex To'et. 1583. & ex Salm. c. 8.

Verùm ſi Miniſter Prouincialis moriatur, vel ex quacumque ratione vacauerit, erit Commiſſarius Prouinciæ ille qui fuerit electus à Diffinitorio, cuius electio fiet ſecundùm ſtatuta vnius cuiuſque Prouinciæ circa locum vbi celebranda ſit, & circa eum, qui debet Diffinitorium conuocare: nam quicquid vnaquæque Prouincia de hac re habuerit conſtitutum, vel in poſterum voluerit conſtituere, illud ratum, & firmum haberi volumus, dummodo ſemper Commiſſarius per Diffinitorium eligatur.

Quid item ſi vacauerit.

De Viſitatoribus Prouinciarum.

Ex Salm. c. 8. & ex Ball. vnion. & ex Aqui. 1559.

VIſitatores Prouinciarum appellamus, qui ex commiſsione Generalium Prælatorum Prouincias viſitant. Admonemus ergo Generales omnes Prælatos, vt quantum fieri commode poſsit, non mittant Viſitatores, præſertim ad celebrãda Capitula, ſed per ſe ipſos viſitent, & interſint Capitulis celebrandis.

Viſitatores à Generalibus ſi fieri poteſt non mittendi.

Ex Tolet. 1606. & 1583.

Nullibi tamen Capitulum Prouinciale celebretur abſque eo, quod præcedat viſitatio facta à Prælatis Generalibus, vel ab alio de eorum commiſsione, qui quidem ex eadem Prouincia, quam viſitare debet aſſumendus non eſt, ſed ex alia earum, quæ proxime ſunt aſsignandus, niſi propter bella, vel aliud graue impedimentũ ex eadem Prouincia eligendus ſit.

Viſitatio Capitulum Prouin. præcedat, nõ tamen Viſitatorſit ex eadem Proui. niſi, &c.

Ex Vltram. cap. 8. & ex Ro. 1587.

Ad hoc viſitationis munus, vt non aſſumantur, neque eligantur, niſi Patres ex grauioribus, & probatioribus Prouinciarum, qui præceteris prudentia, pietate, religione, & zelo, præſtantes ſint, & qui aliàs miniſteriatus officio laudabiliter functi ſint, vel ſuarum Prouinciarum actuales Diſcreti exiſtant id obnixe quidem Generales Prælatos rogamus, ac vehementer hortamur in Domino.

De viſitatorũ cõditionibus, & qualitatibus Generales hortantur.

Ex eiſdem Tolet. & ex Rom. 1587.

Viſitatores tamen prædicti ſuas commiſsiones non exerceant donec conſtent Prouinciali literæ ſuarum commiſsionum, & ab eo ſigillum minus Prouinciæ recipiant, quo vti poterunt in ſuo officio.

Viſitatores commiſsiones Miniſtris oſtendant.

Quas pœnas incurrat qui viſitatori repugnare, aut non obedire auſerit.

Si quis auſu temerario Commiſſario Viſitatori à Generali miſſo reſiſtere, opponere, aut contradicere, non obedire, aut ſe rebellem exhibere, ipſum quacumque de cauſa, vel quæſito colore non recipiendo auſerit, vel præſumpſerit, aut eius mandata, ordinationes, & decreta exequi neglexerit, aut etiam contempſerit, excommunicationis pœnam incurrat ipſo facto, à qua non niſi à Sanctiſsimo Romano Pontifice, præterquàm in mortis articulo abſolui poſsit, necnon priuationis perpetuæ, officiorum Ordinis, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque exercenda, ac vocis tam actiuæ, quàm paſsiuæ, eo ipſo incurrendis pœnis constitutione Apoſtolica illatis afficiatur. Ex Salmãt. ca.8. & ex conſt. Gre. XIII. Quoniã noſtro, &c.

Viſitatores contra ſtatuta Prouincialia facere non poſſunt, nec in ſententijs diſpẽſare.

Ipſi autem Viſitatores non poſsint ſtatuta aliqua condere, neque aliquid immutare in Prouincia, totam Prouinciam concernens, neque, in conſtitutionibus Prouinciarum, neque vt ſupra cautum eſt, in ſententijs, & pœnitentijs per Diffinitorium latis quouis modo diſpenſare abſque Prouincialis, & Diſcretorum Prouinciæ aſſenſu. & Salmant. c.8 & Pariſ. 1579.

Nec nouitios recipere.

Inhibemus prætereà Commiſſarijs, qui ad viſitandas Prouincias delegantur, ne quemquam ad habitum Religionis, ſeu nouiciatum admittant, niſi de omnium actualium patrum conſenſu. Ex Rom. 1587.

Nec fratres extra Prouinciã mittere, niſi, &c.

Nec licebit eiſdem Viſitatoribus quempiam fratrum extra Prouinciam mittere, niſi ad Prælatos Generales, pro negotijs viſitationem ipſam dumtaxat concernentibus, licentiæ verò ſecus conceſſę nullæ cenſeantur. Ex Salmãt. c.8.

Nec Confeſſores inſtituere: nec ad ordines promouere: nec de defunctorum rebus diſponere.

Prædicti Viſitatores non poterunt confeſſores, etiam fratrum, nec prædicatores inſtituere, nec ad Ordines quempiam promouere neque in libris, vel ſupellectilibus fratrum defunctorum, vllo modo ſe intromittere hoc enim ad Miniſtrum Prouincialem ſpectat. Ex eiſdem, &c. Gen. Segou. 1621.

Nec in Monialiũ Con

In Monaſterijs monialium non licebit Viſitatoribus quidquam agere, nec facultatem ad nouicias Ex Segou.

recipiendas concedere, neque officia mutare, vel cellam, aut aliud ædificium erigendi, vel deſtruendi, vel ampliandi, ſiue minuendi licentiam præſtare, neque in ſtatuto de non conſumendis dotibus, vel cenſibus diſpenſare, neque de bonis, ſiue redditibus Conuentuum quouis modo diſponere.

uentibus qui idquã agere.

Ex eiſdem. Quo circa declaramus, ac decernimus, omnia, & ſingula ſupradicta eſſe omnino ipſis Viſitatoribus inhibita, etiam ſi in literis patentibus ſuarum commiſsionum plenitudo poteſtatis eiſdem, vt moris eſt, per Prælatos generales concedatur, niſi ab eiſdem ſuperioribus ſpecialiter erogetur facultas aliquid agẽdi ex his, quæ prohibita ſunt.

Supradicta non obſtante clauſula plenitudinis poteſtatis vertitacẽſenda, niſi, &c.

Ex Sal. c. 8. Neque in inſtituendis Guardianis, & alijs officialibus Capitulari loco, & tempore deputandis, Commiſſarij Viſitatores in Diffinitorio votum habent, ad eos tamen ſpectat, & eiſdem diligenter curandum eſt, ne ad eiuſmodi officia promoueantur, quos ipſi indignos legitimè iudicauerint, neque ipſi poſſunt eligi in Miniſtros, vel Guardianos ibidem.

In electionibus votũ non habent indignos tamẽ promoueri nõ permittant.

Ex Tolet. 1503. Viſitatores autem, & Prælati quicumque in promotionibus ad officia Ordinis atque in correctionibus criminum, & in alijs grauibus negotijs conſilium ſemper requirant, & ſeruent Patrum Diſcretorum, vel maioris partis eorundem, & caueant omnes à verbis ſuperfluis, & prouocatorijs in conſilijs tribuendis.

Conſilium Patrum in omnibus requirẽdum.

Ex Tolet. 1583. Viſitatores autem excedentes limites ſuarũ commiſsionum, aut non ſeruantes ordinationes generales, pœnis in eiſdem contentis ſubiaceant.

Excedẽtes ſuas cõmiſſiones, aut non ſeruantes ordinationes qualiter puniẽdi.

Ex Sal. c. 8. Demun celebrato Prouinciali Capitulo, Commiſſarij Viſitatores Prouincias ſibi creditas poſt terminum dierum viginti relinquant, & egrediantur, alioquin eorum ſpirat authoritas, niſi aliter per Generalium facultates ſpecialiter, & expreſsè liceat eiſdem.

Quo tempore viſitationis authoritas ſpiret.

De Procuratore Generali, & Curiæ Commiſſario.

Procurator Curiæ ex qua familia inſtituēdus ad quē ſpectant capellæ munia.

PRocurator generalis Ordinis ſemper inſtituatur de eadem familia, ex qua aſſumptus eſt generalis Miniſter, ad quem ſpectat orare in capella Domini Papæ, & eidem debito tempore intereſſe, & negotia illius ſuæ familiæ abſoluere tantùm. Ex Sal.c.8. & Tolet. 1583.

Commiſſarius, item.

Commiſſarius verò Curiæ ex altera inſtituatur familia, ad quem pertinet ſuæ familiæ negotia peragere ſolùm: nec ambo vltra triennium in ſuo poterunt continuari officio. Ex eiſdem.

Officiales Curię quales inſtituēdi.

Inſtituantur autem viri graues prudentes, ac rerum agendarum vſu periti, & qui ſuis muneribus dignè, & laudabiliter cum totius Ordinis honore, ac cōmuni vtilitate ſatisfacere poſsint, nullusq; aſſumatur, niſi Prouincialatus officio primò functus fuerit. Ex Vltram. cap.8. & ex Ro.1587.

Commiſſario Generali vt quis ſubiectus, & corū ſocij, quo tempore Generalis Miniſter abeſt.

Subditi ſint, ac pro ſubditis habeantur obedientiæ Generalis Commiſſarij illarum pártium, ſiue electi, ſiue inſtituti, dum ab eiſdem partibus Generalis Miniſter abierit: ita vt ab ipſo Commiſſario Generali poſsint corrigi, etiam vſque ad ſuſpenſionem à ſuis officijs, ſaltem quoad vſque ea de re fuerit factus certior idem Generalis Miniſter: alteri tamen Pręlato, ſiue locali, ſiue Prouinciali, vna cum duobus ſocijs (quos vnuſquiſque eorum habere poteſt) non ſubijciuntur, quàm dictis Generalibus, Miniſtro, videlicet, & Commiſſario. Ex Salm. & Tolet. ſupra cit.

Ad eos ſpectat expediře negotia in Curia Romana tractanda, in quibus nulli ſe ingerere licet.

Ad prædictos Curiæ officiales, procuratorem ſcilicet, & Commiſſarium pertinebit, omnia Ordinis negotia expedire, & nullus alius frater cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtat, ſub pœna priuationis omnium actuum legitimorum ſe intromittere in eiſdem poſsit, vel procurare audeat aliquam gratiam in præfata Curia ſtatum familiæ noſtræ concernentem, aut aliquod negotium in Curia expedire, ſine illorum licentia, & aſſenſu. Ex eiſdem.

Mi-

Ex eiſdem. Miniſtri autem Prouinciales hoc obſeruabunt,& in ſuis Prouincijs obſeruari facient, tam quo ad fratres, quàm quo ad Moniales,& oppoſitum faciētes, per Prælatos Generales puniantur.

Id ipſum à Miniſtris ſeruãdum.

Ex eiſdem. Præfati autem Procurator, & Commiſſarius nullo modo ſe intromittant de fratribus quoad regimen Prouinciarum,nec ſe ingerant in agendis ſęcularium negotijs,nec aliquid tangens totum Ordinem,&eius libertatem coarctans,poſsint abſque Generalis Miniſtri ſcitu,& expreſſa licentia procurare, aut procurari permittere.

In quibus officialibus ſe intromittere vetitũ.

Ex eiſdem. Procurator,aut CommiſſariusCuriæ,fratres ad eorum præſentiam cum obedientia venientes,ad nullã aliam Prouinciam præter ad propriam deſtinare poſſint,neque eos ipſos inCuria retinere diutiùs,quàm eorum negotia expedienda requirant.

Ad eos venientes ad proprias dẽ&inent Prouincias,nec eos diutiùs retineant.

Ex eiſdem. Et quando hoſpites fratres ſunt in Aracęli præſententſe Procuratori,vel Commiſſario reſpectiuè: cui ſuis expoſitis negotijs à Curia, poſt triduum omnino recedant,reliquentes negotia expedienda prædictæ Curiæ officialibus.

Romam accedentibus quid agendum.

Ex decret. Ap. ſupra citat. Quo circa accuratè ſeruent,& ſeruanda diligenter curent,quæ ſupra de fratribus ad ſanctam Vrbē quacumque de cauſa confluentibus ex Apoſtolico decreto opportunè quidem ſancita ſunt.

Quæ circa ipſos ſeruãda.

Ex Pariſē. 1579. Curent prętereà quã diligentiſsimè,vt Breuia motus proprij,& Bullæ Apoſtolicæ,quæ ad noſtrũ Ordinē quouis modo pertinent,& ante edita,& in poſterum edenda eorum cura prælo dentur,& ad ſingulas Prouincias opportunè mittantur.

Literę Apoſtolicæ ad Ordinē pertinētes Prælo dãdæ, & ad prouincias mittendæ.

Ex Tolet. 1583. Eiſdem tamē Officialibus Curiæ diſtrictè præcipitur,vt Apoſtatas omnes ad proprias remittere Prouincias teneantur, vt in ipſis debitas pœnas luant.

Apoſtatę ad proprias prouinc. mittēdi.

Ex eiſdem, & ex conſt. ap. Greg. 13. conſueuit, & ex Rom 1587. Procurator verò generalis,& Curiæ Commiſſarius habeant vocem in Capitulo generali, in omnibus electionibus,& in diffinitorio, eo excepto actu, in quo ſyndicantur, officioque functi, voto & præcedentia gaudeant,vt ſuprà dictum eſt.

Officiales Curiæ in comitijs generalib. vocum habēt.

Nec poſſunt ad prædicta officia iterum eligi, nec

Quo tempore vacare debeat.

in Miniſtrum, aut Commiſſarium Generales aſſumi, niſi poſt ſexdecim annos, poſtquam fuerint functi ſuo officio, vt per Apoſtolica ſtatuta decretum eſt, ſed quia hæc variari ſolent, illud erit obſeruandum, quod à Summo Pontifice fuerit conſtitutum. Ex eiſdem.

Si vacauerint, quomodo prouidendum, & in congregatione inſtituendi.

Si eorum quempiam extra capitulare tempus, quouiſmodo vacare contigerit, Generalis Miniſter prouideat alium de conſilio Patrum. Generali verò cõgregatione intermedia, Procurator, & Commiſſarius Ordinis inſtituantur, quos generalis Miniſter, eodem conſilio idoneos iudicauerit. Ex conſue. & ex Vltramont. c. 8.

Pro communibus expẽſis à prouincijs contribuendum.

Et quia Procurator generalis, ſeu Commiſſarius Curiæ plures faciunt expenſas in ſuis adminiſtrandis officijs, præcipimus, vt ſinguli Miniſtri Prouinciales teneantur, ſecundùm poſsibilitatem Prouinciarum, eleemoſynam competentem, ad eoſdem Officiales in Curia Romana reſidentes mittere, & Prælati generales curabunt, vt hoc debitum ſorciatur effectum. Ex Tolet. 1583.

Ad Ciſmontanæ familiæ Officiales, Curiæ negotia etiam Indiarũ ſpectant.

Declarat Capitulum generale, Procuratorem, vel Commiſſarium Romanæ Curiæ, pro noſtra Ciſmõtana familia deſignatum, pro omnibus præfatæ familiæ Prouincijs, etiam Indiarum, tam Occidentis, quàm Orientis, intelligi debere conſtitutum. Quapropter Indicis Prouincijs præcipitur, vt ad prædictum Procuratorem, vel Commiſſarium, immediatè tranſmittant negotia, in Romana Curia tractanda. Ex Ro. 1612

In negotio magni momenti, quid agendum.

Quòd ſi aliquod tanti ponderis fuerit, vt ad eius expeditionem neceſſe ſit, aliquem Fratrem ex Indicis Prouincijs deſtinari, is primùm ad Commiſſarium Indiarum generalem, in Curia Regis Catholici reſidentem dirigatur. Ex eiſdem.

De Commiſſario in Curia Regis Catholici reſidente.

Commiſſarius pro negotijs in Curia Regia cõſtituendus.

QVia ex multiplici experientia edocemur, Conuentuum noſtrorum in Regiæ Catholicæque Maieſtatis Curia exiſtentium, Guardianos plurimis Ex Ro. 1587

impli

implicari, impedirique negotijs, cauetur & ordinatur, vt præfatæ Curiæ Commiſſarius, probus aliquis Pater à Miniſtro, ſiue Commiſſario generali inſtituatur, qui ſolerti occurrentium negotiorum expeditioni pro viribus ſtudebit, inuigilabitque.

Ex eiſdem. Nec vllo pacto ad huiuſmodi commiſſariatus munus, conuentus in Curia exiſtentis, Guardianus aſſumi poſsit, cum vtrique officio neutiquam ſatisfacere valeat. Nō ſit Guardianus.

Pro eiſdē, ex commiſſione & conſuet. Commiſſario Curiæ ſic inſtituto conceditur à toto capitulo generali plena & vniuerſalis facultas, ad omnia & ſingula Ordinis, tam Fratrum, quàm Monialium negotia peragenda, & in omnibus inſtantijs coram quibuſcunque Iudicibus ac tribunalibus, in eadem Curia exiſtentibus, ſiue ſæcularibus, ſiue Eccleſiaſticis, vſque ad vltimam deciſionem proſequenda. Commiſſarij Curiæ, ad negotia agēda facultas.

Ex Ro. 1587 Inſuper & dabit operam Commiſſarius Curiæ, ne quis Fratrum expediendorum negotiorum gratia præfatam Curiam accedat, vt interim Fratrum diſcurſus vitentur. Curet vt Fratrum diſcurſus vitentur.

Pro eiſdē, ex conſuet. & commiſſione. Quapropter facultatem etiam Commiſſarius prędictus habeat capiendi & incarcerandi omnes Apoſtatas ad Curiam Regiam accedentes, qui à Guardiano conuentus abſoluantur, & ad ſuas Prouincias, de conuentu in conuentum, cum literis teſtimonialibus remittantur. Facultas eiuſdem in Apoſtatas.

Ex eiſdem. Fratres etiam quoſcunque, qui ad diuerſoria, ſiue ad domus ſæcularium, in Curia Regia ſe receperint, Cōmiſſarius prædictus ad conuentum trahere curabit, vt ad Conuentus, vel Prouincias ſuas deducantur à Guardiano. In Fratres ad diuerſoria, ſiue ad domos ſęcularium ſe recipientes, item.

Ex eiſdem. Fratres verò, qui ad negotia tractanda Curiam Regalem acceſſerint, & ſi Guardiano in omnibus ſint ſubditi, teneantur nihilominus Commiſſario prędicto ſe præſentare, eique notitiam negotiorum cum proceſsibus, & ſcripturis exhibere, Commiſſarius verò teneatur illos, & illorum negotia, quàm citius poterit expedire. Fratribus Curiam pro negotijs accedentibus, quid faciendum.

Neque

Vltra octo dies in Curia demorandum. — Ex eiſdem.

Neque ſine ſpeciali licentia Miniſtri, vel Commiſſarij generalis, liceat alicui pro cuiuslibet negotij expeditione, in Curia Regia vltra octo dies perſonaliter aſsiſtere.

Commiſſ. Curiæ, quot ſocios habere poteſt, & quales. — Ex eiſdem.

Pro negotiorum omnium diligenti expeditione, Commiſſarius Curiæ duos ſocios Fratres poſsit habere, qui ſint probatæ vitæ, & in negotijs verſati, qui ſi deliquerint, à Guardiano puniri debent, in cæteris verò, & maximè in negotiorum cura & ſolicitudine, ipſi Commiſſario ſubijciantur.

Quibus priuilegijs gaudere poſsit. — Ex Valliſolet. 1593. & ſeg. 1621.

Et vt aliqua ipſi labori aut ſolicitudini merces correſpondeat, conceditur Commiſſarijs Curiæ, vt dũ actu ſuum munus exequuntur in ſuis Prouincijs, ad capitulum voce actiua & paſsiua gaudeant, habeatque conſeſſum etiam in alijs Prouincijs immediatè poſt eos qui Diffinitores fuerunt.

De Diffinitoribus Capituli Generalis.

Ex vnaquaque familia, Diffinitores ſex eligendi. — Ex Sal. c. 8.

IN Capitulo generali vtriuſque familiæ, duodecim eligantur Diffinitores, ſex ſint ex vna familia, & ſex ex alia, atque vnaquæque familia: (quæ reſpectiuè Ciſmontana, vel Vltramontana appellari debet) ſuos tantùm eligat Diffinitores. Quot autẽ, & quæ Prouinciæ ad vtramque familiam ſpectent, in fine ſequentis capitis explicabitur, vbi cuique locus in capitulo generali tenendus præſcribitur

Ex natione Hyſpanica duo. — Ex eiſdem, & Tol. 1583

Sex autem Diffinitores noſtræ familiæ ſic eligentur. Ab omnibus vocalibus prædictæ familiæ, duo Diffinitores eligentur ex Prouincijs Hiſpaniæ, & noui Orbis.

Ex Gallicis reformatis prouinc. vnus. — Ex eiſdem, & Salman.

Vnus verò ex quatuor Prouincijs reformatorum in Gallia, quæ ſunt ſequentes, videlicet, Prouincia Franciæ, Prouincia Turoniæ, Prouincia S. Bonauenturæ, Prouincia Aquitaniæ recentioris, & ſi quæ ſint illis poſtea aggregatæ, nam ex gratia ſpeciali, & quia Prouinciæ ſupradictæ receperunt Commiſſarium generalẽ, ſecundùm Bullam electũ, conceſſum eſt illis, Diffinitorẽ vnũ, in comitijs generalibus habere.

Alius

Ex eiſdem. Alius Diffinitor eligetur ex quinq; Prouincijs de familia, quæ ſunt in Gallia, & ſunt ſequẽtes, videlicet Prouinciæ Frãciæ Pariſienſis, Prouincia Turoniæ Pictauiẽſis, Prouincia Aquitaniæ, Prouincia Britaniæ, Prouincia S. Ludouici, & aliæ cum illis coniunctæ. Ex aliis Gallicis Prouin. alter.

Ex eiſdem. Alius Diffinitor eligetur ex ſex Prouincijs Belgicis, & ex alijs, quæ ſunt illis aggregatæ, quæ ſunt ſequentes, Prouincia Hiberniæ, Scotiæ, Angliæ, Prouincia Flãdriæ, Prouincia Germaniæ inferioris, Prouincia S. Andreæ, & ſi quę aliæ ſint. Ex Belgicis alter.

Ex eiſdem. Alius Diffinitor eligatur ex Prouincijs Germaniæ ſuperioris, quæ ſunt ſequentes, Prouincia Saxoniæ S. Crucis, Prouincia Saxonię S. Ioannis Baptiſtę, Prouincia Argẽtinæ, Prouincia Coloniæ, Prouincia Daciæ, & ſi quæ aliæ fuerint illis aggregatę. Ex Germanicis alius.

Ex eiſdem Tolet. Si verò cõtingat, quòd ex prędictis nationib' vnus, aut alter venerit, ille eligatur: ſi veró null' ex prędictis nationib' venerit, ex alijs Prouincijs ſufficiantur prædicti Diffinitores ad arbitriũ Capituli generalis. Si vnus tantum ex eiſdem nationibus adſit eligendus, ſi verò nullus quid agendum.

Ex eiſdem. Quantum verò attinet ad Diffinitores Vltramontanæ familię, ſeruentur illarum partrum conſuetudines, & ſtatuta. Altera familia ſua ſeruet ſtatuta

Ex eiſdem, & ex Vltra. cap. 8. Eorum officiũ, ſi ex illa familia fuerint, ex qua Generalis Miniſter aſsũptus eſt, ſexénio durat, ſint autẽ ex altera, triénio tantũ: quare quando Capitulũ generale intermedium ſit celebrandum, vacabunt ſex Diffinitores pro noſtra familia electi, in pręcedenti Capitulo generali, & alij ſex ſecundùm prædictum Ordinem de nouo eligentur. Diffinitorũ alij ſexénio alij triẽnio durant.

Ex Tolet. 1583. Statuimus prætereà, vt omnes Diffinitores generales non poſsint eligi, niſi ſint de corpore Capituli, quamuis ſint præſentes. De corpore Capituli eligi debent.

Ex Valliſol. 1593. & ex Vltramon. c. 8. Inter Diffinitores generales alter alterum ex Ordinis antiquitate pręcedat, & is primum locum teneat, qui antiquior in religione fuerit, & non qui plura habuerit ſuffragia, aut qui primo, vel altero ſcrutinio electus ſit; & officij tempore abſoluto quiſq; in ſua Prouincia voto, & præcedentia gaudeat, vt ſupra decretum eſt. Inter Diffinitores generales antiquior in Ordine pręcedat.

De Commiſſario Generali.

Ex ea familia ex qua nõ eligitur Generalis, Commiſſarius generalis ſemper eſt eligendus.

Ex Bull. vnionis, ex Barch. Tholoſan. & Salmant. ca. 8. & Tolet. 1583.

VErùm, quia Ordo noſter per vniuerſum orbem Chriſtianum mirum inmodum dilatatus eſt, ne ob huiuſmodi amplitudinem debito paſtoralis regiminis careat beneficio, authoritate Apoſtolica decretum eſt, quòd ſi Miniſter Generalis de Vltramontanis electus fuerit, vnus ſit Commiſſarius Generalis in partibus Ciſmontanis, à Miniſtris Prouincialibus, & Cuſtodibus familiæ Ciſmontanę eligendus in Capitulo generali, & eodem modo fiat in familia vltramontana, quando Generalis Miniſter fuerit de Ciſmontana.

Plenariã authoritatem in ſua familia habet.

Ex eiſdem.

Qui nimirùm Commiſſarius Generalis habebit in ſua familiá eandem authoritatem, quam idem Generalis Miniſter habet in vniuerſum noſtrum Ordinem.

Miniſtro tamen Generali omnino ſubiectus.

Ex eiſdem.

Ita tamen, quòd prædictus Commiſſarius Generalis pręfato Miniſtro Generali omnino ſubijciatur, vt cęteri dicti Ordinis Pręlati ſubijciuntur, ac illi per omnia ſecundùm regulam obedire teneatur.

Libere tamen ſuum exercere poteſt officium, etiam Generali præſente.

Ex eiſdem.

Poterit tamen idem Commiſſarius Generalis ſuum munus exercere, etiam ſi Generalis Miniſter hæreat in familia, in qua idem Commiſſarius electus eſt, niſi Generalis Miniſter aliqua negotia, vel nonnullas Prouincias reſeruauerit ſibi.

Commiſſarij Generalis officium triennale.

Ex eiſdem.

Qui quidem Commiſſarius Generalis, per triennium ſolùm ſecundùm conſtitutiones Apoſtolicas á Domino Sixto Quinto innouatas, Generalis commiſsionis fungetur officio, quo triennio elapſo nouus Commiſſarius eligetur in Capitulo Generali intermedio à Miniſtris Prouincialibus, & Cuſtodibus, & à reliquis Vocibus, qui ſecundùm Ordinis ſtatuta vocem habent in Capitulis generalibus.

Hic verò Commiſſarius generalis in eo Capitulo,

Ex eiſdem, & alijs ſupra citat.

tulo, in quo ſuum expleuerit officium, & deinceps in omnibus Comitijs Generalibus vocem habebit in omnibus electionibus, tam in Diſcretorio, quàm in Diffinitorio.

In officio ſindus Diſſinitor perpetuus ſuæ familiæ.

Ex eiſdem.

Si Generalis Commiſſarius electus ſecundùm Bullam vnionis vacauerit per mortem, aut ex qua cumque ratione, idem fiat quantum ad Vicecommiſſarium Generalem, quod infrà de vacante Generalis Miniſtri, & Vicario Ordinis dictum eſt, ille etenim qui fuerit canonicè electus à Diſcretis Ordinis exiſtentibus in ea natione, & ſex Prouincialibus, & totidem Diſcretis Prouinciarum, ex vicinioribus Prouincijs conuocandis, erit Vicecommiſſarius Generalis, vſque ad Capitulum quod erat celebrandum, habens plenitudinem poteſtatis, qui nimirum virtute huius conſtitutionis erit ipſo facto confirmatus, & ideò ſtatim exercebit ſuum officium ſine vlteriori diligentia.

Commiſſario Generali moriente in officio, quæ agenda ſint.

Ex eiſdem.

Verùm ſi Generalis Miniſter à ſua familia debeat recedere, poterit in illis partibus Commiſſarium Generalem relinquere cum conſilio aliquorum Diſcretorum alicuius Prouinciæ, cùm difficile, vel impoſsibile cenſendum ſit ad hunc effectum, & ad conſimiles cauſas Diſcretos, & Patres Ordinis, & Diffinitores conuocare.

Miniſter Generalis cum à ſua familia recedit poteſt Commiſſarium relinquere.

Ex eiſdem.

Si verò per bella, aut per aliud impedimentum, non poſsit commodè prædictum Capitulum Generale conuocari, in eo caſu Miniſter Generalis de conſilio aliquorum Patrum, poterit eundem Commiſſarium continuare, vel alium de nouo inſtituere.

Si Congregatio generalis differatur quid agendum.

Ex eiſdem.

Statuitur tamen, & declaratur, quòd Cõmiſſarius generalis ſic inſtitutus nón erit Prælatus ordinarius, néc habebit votum in Capitulo generali, nec habebit eaſdem præeminencias, quas habent Commiſſarij generales ſecundùm Bullam vnionis electi, niſi forſam is, qui inſtituitur olim fuiſſet Miniſter, aut Commiſſarius generalis, habebit tamen plenitudinem poteſtatis ad gubernandum totam familiam.

Commiſſarius aliter quã per canonicã electionẽ inſtituus quibus priuilegijs careat.

Quinto tépore vacare debet, vt ad Generalia officia, iterum ligatur.

Dictus Commiſſarius generalis non poterit ad idem officium, nec ad miniſterium Miniſtri generalis eligi; niſi poſt ſexdecim annos, poſtquàm fuerit ſuo functus officio ſecundùm Apoſtolicas conſtitutiones, niſi aliter à Sede Apoſtolica fuerit ordinatum.

Ex eiſdem, & cóſt. Ap. Gre. XIII. conſueuit.

Ad quæ interim aſſumi poſſet.

Vicarius tamen Ordinis, aut Vicecommiſſarius generalis (vt ſuperiùs dictum eſt) eſſe poterit, qui olim fuit Commiſſarius generalis, etiamſi ſexdecim anni non fuerint expleti.

Ex eiſdem Tolet.

Socij ſuperflui vitãdi, & Secretarij priuilegia.

Commiſſarius verò generalis erit contentus ſocijs neceſſarijs, & non habebit vllo pacto ſuperfluos: eius verò Secretarius officio triennio ſunctus Pater ſuæ Prouinciæ exiſtat, vt infra cautum eſt.

Ex eiſdem.

De Generali Miniſtro.

Miniſter generalis ſingulis ſexennijs à quibus eligendus.

Miniſter generalis ſecundùm Apoſtolicam conſtitutionem erit ſexennius, atque adeò tranſactis ſex annis non poteſt idem Miniſter generalis vlteriùs prorrogari: ſed in Capitulo Pentecoſtes eſt nouus Generalis Miniſter eligendus à Prouincialibus, & Cuſtodibus, & reliquis Vocalibus authoritate Apoſtolica conſtitutis.

Ex Bull. Gregorij, & Pij V. Paſtoralis, & Barch. Tolo. & Sal. c. 8. Tolet. 1583.

Alternatim in vtraque familia.

Vt verò in Ordine noſtro quantum cum Deo fieri poteſt, pax conſeruetur, à felicis recordationis Domini Papæ Leonis Decimi conſtitutum eſt, quod dum Miniſter generalis de Ciſmontanis electus fuerit, iterum de Vltramontanis eligatur, quem modum alternatis vicibus in perpetuum voluit obſeruari.

Ex eiſdem.

Electione facta eo ipſo cóſirmatus.

Facta igitur, & pronuntiata electione noui Generalis Miniſtri authoritate Apoſtolica eſt ipſo facto confirmatus ſine vlteriori aliqua diligentia.

Ex Bul. Clemen. IIII. in Cóp. ver. Generalis.

Quot Secretarios habere debeat, & ſocios.

Qui nimirum duos habebit Secretarios; alterum videlicet ex altera familia cum quo negotia cuiuſlibet familiæ expediat, & eis arbitrio ſuo vti poterit: vltra duos Secretarios habebit tantùm eos ſocios,

Ex Sal. c. 8. & Tolet.

qui fuerint neceſſarij ita vt nullo modo habeat ſocios ſuperfluos.

E Rom. 1587. Fratres illi qui ſunt, & erunt per triennium Secretarij RR.PP. Miniſtri, & Commiſſarij generalium computentur inter Patres ſuarum Prouinciarum, & ſocium poſsint habere. Secretarij officio functi per trienniũ quibus poſsint gaudere.

Ex Tolet. 1583. Teneantur Miniſtri Prouinciales eidem, & ſocijs prouidere de Conuentu in Conuentũ, & de Prouincia in Prouinciam de omnibus ipſis neceſſarijs. Generali, & ſocijs neceſſaria Miniſtri prouideant.

Ex eiſdem. Recipiatur prima vice in Conuentibus noſtris à tota communitate fratrum cũ Cruce cantantes: *Salue ſancte Pater*, deducentes eum ad Altare maximum, ad quod, poſt orationem decantatam, accedant omnes illius benedictionem recepturi. Quomodo prima vice recipiẽdus.

Ex eiſdem. Non deferat ſecum per vias magnum fratrum comitatum, ſed tantũm Miniſter Prouinciæ, & Guardianus loci, à quo recedit illum comitentur. Quo Comitatu contẽtus eſſe debeat.

Ex eiſdem, & ex conſt. Ap. Grego. XIII. conſuevit. Miniſter Generalis ſexennio ſui muneris peracto non poterit ad idem officium, neque ad Commiſſariatum generalem aſſumi, niſi poſt ſexdecim annos, vt ſupra de Commiſſario Generali ex Apoſtolico decreto cautum eſt. Quanto tẽpore vacare debet.

De Vicario Ordinis.

Ex Clem. exiui. ex 7. c. Gen. Ro. 1517. ex Barch, To loſa. Ex Salmãt. c. 8. & ex Tolet. 1583. IN Concilio Vienenſi ſtatutum eſt, vt ſi contingat noſtrum Ordinem Generali Miniſtro carere per Vicarium Ordinis fiat, quod faciendum fuerat per prædictum Generalem Miniſtrum, vſque quo prouiſum fuerit de Generali Miniſtro. Miniſtro generali decedente eius loco Vicarius eligendus.

Ex Tolet. eiſdem. Cæterum ordinatur, quod ſuperueniente vacatione Generalis Miniſtri per mortem, promotionem, renuntiationem, vel ex quacumque alia ratione extra Capitulum, ſi prædicta vacatio ſit in partibus noſtræ familiæ, ex qua dictus Generalis Miniſter aſſumptus fuit, teneat regiſtrum, & Ordinis ſigillum ille, qui fuerit antiquior Pater, & Diſcretus Ordinis degens in illa natione, in qua præfata vacatio contigit. Ad quẽ pertineat regiſtrum & ſigillum Ordinis tenere.

Vt

Quot nationes ſint in Ciſmõtana familia.

Vt verò omnis ambiguitas è medio tollatur, declaramus, ad hunc effectum tres eſſe nationes in noſtra familia, nempe Hiſpaniam, Galliam, & Germaniam, tam ſuperiorem, quàm inferiorem. Ex eiſdem.

Qui Patres Ordinis cenſeantur, & quo ordine.

Declaramus præterea Patres & Diſcretos Ordinis eſſe, & appellari, qui quondam fuere generales Miniſtri, Commiſſarij generales electi ſecundu Bullam vnionis, & qui Vicarij, aut Vicecõmiſſarij electi biennio in officio ſteterunt, & qui actu ſunt Diffinitores generales præcedentis capituli: eoſque dicimus antiquiores, qui primò ad prædicta miniſteria electi & aſſumpti ſunt. Ex eiſdem.

In vacatione, regiſtrũ cum ſigillo à Prouinciali ſuſceptum, ad Patrem antiquiorẽ mittendum.

Atque adeo quamprimùm facta fuerit vacatio, ſi Prouincialis abſuerit, Guardianus loci coram Diſcretis Conuentus, & Scriba illius familiæ regiſtrũ claudat, & ſigillo muniat, idemque faciat de omnibus literis & ſcripturis, nihil omnino legendo, & Prouinciali præſentet, ſimul cum ſigillo Ordinis; Prouincialis verò ſine aliqua mora, ſtatim mittat ſigillum, regiſtrum, & ſcripturas ad prædictum antiquiorem Patrem & Diſcretum. Ex eiſdem.

Deficiente Patre Ordinis, eius loco Prouincialis ſuſficitur.

Verùm, ſi in prædicta natione nullus ſit Diſcretus Ordinis, Miniſter Prouincialis, in cuius Prouincia prædicta vacatio contigit, teneat ſigillum. Præcipimus tamen omnibus, ad quod ſpectat tenere ſigillũ & Ordinis regiſtrum, & ſcripturas, vt nullum Ordinis negotium expediat. Ex eiſdem, & Barch. Toloſan. & Salman.

A ſigillum tenente, ſex Miniſtri ex vicinioribus prouinciis, cum ſuis Cuſtodibus cõuocentur.

Sed ſtatim (nulla interpoſita dilatione) is qui tenet ſigillum, conuocet ſex Miniſtros Prouinciales, & ſex Diſcretos Prouinciarũ, ex vicinioribus Prouincijs, reſpectu illius Prouinciæ in qua moratur is, ad quem pertinet tenere ſigillum, ita vt ex qualibet Prouincia ex prædictis vicinioribus, veniat is qui actu eſt Miniſter Prouincialis, & ſi forſam ſit Cuſtos electus ad capitulum generale mittendus, is cum Prouinciali conuocetur, ſin minus Diſcretus antiquior illius Prouinciæ cum Miniſtro citetur: & vltra præfatos, conuocabuntur omnes Diſcreti Ordinis, in illa tantum natione degentes. Ex Barchl Tolõſ. & Tolet. eiſdem.

Tenens

Ex eiſdem. Tenens autem ſigillum, aſsignabit locum & diem in quo facienda eſt electio, & præſidebit huic congregationi, & habebit votum actiuum & paſsiuum, & ad hunc effectum fungetur poteſtatis plenitudine. — Qui & loci aſsignet, præſideat, & locum habeat.

Ex eiſdem. Dicta igitur, & cantata Miſſa de Spiritu ſancto ad capitulum conuenient prædicti Prouinciales, & Diſcreti, & ab huius congregationis Preſide cum aliquorum conſilio, vnus Secretarius & duo teſtes eligantur ex ſeipſis, vel ab alijs de eorum conſenſu. Qui nimirum omnes procedent ad electionem Vicarij Ordinis, ſicut dictum eſt de electione canonica. — Quomodo electio facienda.

Ex eiſdem. Et ideo ille qui maiorem partem votorum illius congregationis habuerit, ſit ipſo facto confirmatus in Vicarium Ordinis, habens in vniuerſam Religionem noſtram poteſtatis plenitudinem, ac ſi eſſet generalis Miniſter: atque prædictus Vicarius Ordinis continuabit officium ſuum vſque ad capitulum generale, in quo ſexennium complendum erat illius Miniſtri generalis, qui, vt prædictum eſt, vacauit. — Qui cenſendus electus, & de eius poteſtate & duratione.

Statuta generalia à Iulio 3. confirmata. c. 8. fo. 41. In hanc igitur electionem, vniuerſus noſter Ordo iudicatur cōpromiſiſſe, ita vt quod egerint Suffragatores ſuprà memorati, tota Religio fixum ratumque habeat. Nam quemadmodū familia Vltramōtana in ſuis ſtatutis generalibus cōpromiſit in caſu in quo generalis Miniſter vacauerit in noſtram familiā Ciſmontanam, ita è conuerſo, noſtra familia Ciſmontana compromittit in Vltramontanam. — In eiuſmodi electionem, vniuerſus Ordo compromiſſe cenſendus.

Ex eiſdem. Et ad maiorem firmitatem declaramus, quòd electio Vicarij generalis, facta à prædictis Suffragatoribus tantùm, ita ſit fixa, ac ſi facta fuiſſet à tota noſtra familia, nam preſens capitulum generale, omnes ſuas vices compromittit in prædictos Diſcretos & Prouinciales. — Talis electio fixa & rata habenda, & quare.

Ex eiſdem. Quod ſanè ita ſtatuendum duximus, ne toties breui tempore commoueatur, & conturbetur vniuerſus Ordo, ſeu tota familia, cum ſumma ſæcularium admiratione, & immenſis expenſis factis. — Eiuſmodi cōpromiſſi ratio.

Ex eiſdem. Et ob eandem rationem ſtatuitur, quòd ſi generalis Miniſter vacet in partibus, in quibus Commiſſarius præeſt, — Si vacatio cōtingat in fa-

milliam, cui Commiſ. generalis præeſt, quid faciendum.

præeſt, ſecundùm Bullam vnionis, ipſe teneat ſigillum & regiſtrum, qui tamen nullum expediet negotium concernens illam familiam, ex qua erat Generalis defunctus; ſed ſtatim conuocauit omnes Diſcretos, & Patres noſtri Ordinis degentes, non in familia tota, ſed in illa natione tantùm, & ſex proximiores Prouinciales, & totidem Diſcretos earundē Prouinciarum & ille Frater in quem maior pars illorum conſenſerit, erit Vicarius generalis, vt dictum eſt, dūmodo is, qui in Vicarium totius Ordinis fuerit electus, ſit ex illa familia ex qua erat generalis Miniſter, qui vacauit.

Hoc modo electus Vicarius generalis etiā pro eodem tempore cenſendus, & quare.

Ex eiſdem.

Qui nimirum Vicarius generalis Ordinis exercebit ſuum officium, vt ſuperiùs dictum eſt, vſque ad complementum ſexennij illius Generalis qui vacauit: nam ſeruata hac forma, hæc noſtra familia Ciſmontana compromittit, in ſupradictos Suffragatores; ſicut in ſubſtantia, dicta familia Vltramontana. Et habet pro rato & fixo, quod per illos fuerit effectum, ac ſi à toto Ordine factum fuiſſet.

Si Prouincia Miniſtro ſit orbata, quid faciendum, & quid item ſi vacatio in terminis communibus coatigerit.

Ex Barchi. Toloſan. & Salman. & Tolet. eiſdē

Si verò Prouincia, in qua prædicta vacatio ſit, ſit Miniſtro orbata, Commiſſarius illius Prouinciæ, in prædictis habeat eaudē authoritatem, ac ſi eſſet Prouincialis Miniſter. Quòd ſi prædicta vacatio fiat in terminis communibus pluribus Prouincijs, Miniſter prioris & antiquioris Prouinciæ, in ordine Prouinciarum præferatur.

De officijs in communi.

Exhortatio ad ſuperiores de dignioribus promouendis.

Ex Vltramont. c. 8.

Illud imprimis tot grauiſsimis Ordinis incommodis commoti, Generales ipſos admonemus, tanquam nihil magis vniuerſo Ordini pereunti neceſſarium, quod ſolicitudinem, quā pro ſui muneris vniuerſæ Religioni debent, eam hic potiſsimùm impendant, vt lectiſsimi tantummodo, atque omnino idonei Paſtores, ſingulis Prouincijs & domibus præficiantur, idque eo magis, quòd ouium Chriſti, quæ ex malo negligentium, & ſui officij immemorum

Paſtorum

paſtorum regimine peribunt, ſanguinem Dominus noſter Ieſus Chriſtus de manibus eorũ requiret.

Ex Tolet. 1583. Admonemus etiam omnes religioſos in officio aliquo conſtitutos, vt omnia ſua miniſteria fideliter exequantur: & inferiores pareant, & obediant ſuperioribus, ita vt omnes religioſi, Vicarijs: Vicarij verò, Guardianis: Guardiani verò, Prouincialibus, Prouinciales tamen Generalibus Commiſſarijs; Commiſſarij verò generales, Miniſtro generali cum effectu parere teneantur. Exhortatio ad omnes officiales ad miniſteria fideliter exequẽda, & obedientiã ſuperiorib⁹ præſtãdam.

Ex eiſdem. Verùm ad confuſionem tollendam cauere debent omnes, ne in ſuis officijs adinuicem ſe conturbent, vt antiqui noſtri fratres ſtatuernut, atque adeò ſuperiores Prælati inferiores præfectos non impediant quò minùs ſua officia liberè exequantur, nec in ſuis officijs ſe intromittant, & ingerant. Sed potiùs (interim, quod non fuerint a ſuis officijs deiecti) eos adiubent, & foueant. Prælati inferiores à ſuperiorib⁹ non impediãtur quin potiùs adiuuentur.

(:)

T DE

DE CAPITVLIS FRATRUM, & de executione, & diſpenſatione harum conſtitutionum. Cap. VIII.

De Capitulo Generali totius Ordinis.

Generale Capitulum ſingulo ſexennio celebrandum.

FInito ſexennio generalis Miniſtri, erit inuiolabiliter celebrandum Capitulum generale vtriuſque familiæ in feſto Pentecoſtes, vbicumque a Generali Miniſtro, cum Capitulo generali proximè precedenti fuerit conſtitutum. Ex Bull. vnionis, & ex alm. c. 8. & Tole. 1583.

Alternatim in vtraque familia.

Ob pacem tamen in vtraque familia conſeruandã, ſtatuimus, vt quando vnum totiùs Ordinis Capitulum coactum eſt in vna familia, alterum Capitulum in altera celebretur familia. Ex eiſdem.

In Vigilia Pentecoſtes celebrãdum omnino.

Tempus verò generalis Capituli adeò præſcriptum eſt, vt illud in Vigilia Pentecoſtes omnino ſemper celebrandum ſit, ita vt nullo quouis prætextu illud produci, vel contrahi poſsit: quod ſi eodem die facta non fuerit, ampliùs fieri non poſſit, ſed ad Sedem Apoſtolicam deuoluatur. Ex eiſdem, & ex regul.

De loco, & tempore generalis Capituli vniuerſus ordo admonẽdus.

Quo autem loco, & tempore generale Capitulum celebrandum ſit, Generalis Miniſter vniuerſum Ordinem admoneat, ac illis qui ad illud quouis iure, vel conſuetudine accedere debent per literas patentes conuocatorias opportunè indicet. Ex eiſdem, & ex veteri conſuet.

Supplicationes, & preces habendæ.

Quod vbi primùm acceptum fuerit, ſupplicationes, & preces publicè, ac priuatim habeantur, atque à Prouincialibus Miniſtris per vniuerſas Prouincias ea ſingula promulgentur, & indicantur, quibus fratres bonum à Deo Patrem, & Paſtorem impetrare mereantur. Ex conſue. & Vltram. c. 8.

Ad

Ex regula, & ex eiſdẽ ſupracitat.

Ad Capitulum generale omnes Miniſtri Prouinciales, & electi Custodes, & qui fuerunt olim Miniſtri generales, & Commiſſarij generales, & Commiſſarius generalis Indiarum, & Procurator, & Commiſſarius Curiæ Romanæ pro tempore exiſtentes, vt Vocales Ordinis conuenire teneantur: & ſecus faciẽtes, niſi legitimè fuerint præpediti, ſuis officijs priuentur.

Qui conuenire ad cap. Gen. tenentur ſub pœna.

Ex conſuetud.

Miniſtros autem Prouinciales Indiarum propter nimiam diſtantiam legitime impeditos eſſe cenſemus, ac propterea ſemper poſſe ex eiſdem Prouincijs Commiſſarios ad generale Capitulum loco Miniſtrorum mittere.

Miniſtri Indiarum excipiuntur.

Ex Salm. & Tole. eiſd.

Et ſi omnes qui generali Capitulo quauis ratione, vel conſuetudine intereſſe debent, ad præſcriptum tempus non conuenerint, non propterea omittenda erunt, quæ Capitulari loco, & tempore tractari, & expediri oportebit.

Propter aliquorum abſentiam nõ omittendæ Capitulares actiones.

Ex Barch. Toloſan. & Salmant. & Tol. c. 8.

Quòd ſi Miniſter generalis nõ venerit ob aliquod impedimentum Commiſſarius generalis, qui actu eſt, præſideat in Capitulo generali: illo autem deficiente, Prouincialis illius Prouinciæ erit Capituli præſidens.

In Generalis abſentia quis Capituli præſes.

Ex Vltram. c. 8. & conſuet.

Congregatis igitur ad locum Capituli, prædictis Vocalibus, feria ſexta ante feſtum Pentecoſtes hora competenti Miſſa ſolemni de Sanctiſsimo Sacramento ſolemniter decantetur, & omnes ad Eccleſiam Ordine procedant, ac pias preces religioſo more canentes, ſacratiſsimum Corpus Domini exponatur Chriſtiana pietate, & religione adorandum quoadusque electio ſit facta oratione deſideriorum noſtrorum internuntia fideli ſolemniter interdicta, & ſeruata temporis, & perſonarum diſtributione, ita vt die noctuque quauis hora ſine intermiſsione orationis incenſum in conſpectu Domini dirigatur, vt vel ſic precibus intentiſsimis bonum à Deo paſtorem impetrare mereantur.

Solẽnis Miſſa canenda, corpus Domini exponendum, & oratio faciẽda.

Ex Barchi. Toloſan. Salmant. &

Sed antequàm ad electionem procedatur, Diffinitorium congregetur ad Syndicationem faciendã de

Generaliũ ſuperiorum

Syndicatus inſtituēdus & per quos. ipſo generali Miniſtro, atq; etiam de Cōmiſſario generali, & de officialibus Curiæ ad cōſtitutionis Apoſtolicæ præſcriptū, in quo Diffinitorio vocē deciſiuā habebūt Patres qui fuere Miniſtri, & Cōmiſſarij generales & Prouinciales eius Prouinciæ, in qua Capitulum celebratur, & Diffinitores præcedentis Capituli. Tol. & ex conſt. Ap. Pij V. & Gre. XIII.

Generales abſint. Quibus congregatis ij dē Generales abſcedāt, & ſimiliter officiales Curiæ donec eorū Syndicatus peragitur, vt ipſis abſentibus liberè agere poſsint contra eos, ſi qui ex Prouincijs accuſare eos velint, & vllas habeant aduerſus eos querelas, quo actu finito, in omnibus alijs actibus, & electionibus, & Diffinitorijs adeſſe poſsint, & vocem habere, vt eadem Apoſtolica conſtitutione cautum eſt. Ex eiſdem.

In Syndicatu quis præſes. In quo quidem Syndicationis actu præſideat Miniſter Prouincialis illius Prouinciæ, in qua Capitulum generale celebratur. Ex eiſdem.

Vocales accerſiti, & interrogari ad quid teneantur. Præſidens verò prædicti Diffinitorij requirat à Vocalibus ordine accerſitis, ſi quid habeant dicendum de exceſsibus Generalium Prælatorum, & officialium Curiæ, ſingulique teneantur bona fide manifeſtare per inſtrumentum authenticum literarum à Prouincijs tranſmiſſarum, quidquid fuerit Syndicandum. Ex eiſdem.

Si quæ Syndicationes ſint quomodo manifeſtandæ. Literæ autem eiuſmodi publicè in Diffinitorio legantur, & earum ſubſtantia Generalibus, & officialibus reſpectiuè manifeſtetur, eiſque audientia præbeatur. Ex eiſdem.

Quomodo decidendę, & definiendæ. Quibus auditis, ſuper accuſationibus eorum communis collatio habeatur, & præſidens ſingulorum vota publicè requirat in Diffinitorio: conſcriptis itaque votis & mox in medium recitatis, iuxta ſententiam maioris partis, ad correctionem, vel liberationem procedatur, quorum quidem correctio, vel commendatio reſeruetur vſque ad Capitulum, in quo debet fieri electio. Ex eiſdem.

Poſt Syndicatum gene Qua Syndicatione facta vterq; Miniſter, ſcilicet, & Cōmiſſarius generalis, & officiales Curię in Diffinitorium Ex eiſdem.

torium admittantur,& generalis Miniſter in omnibus præſideat,donec officio renunciauerit. — rales in Diffinitoriũ admittendi.

Ex conſue. & ex Sal.c. 8. — Deinde congregatis Patribus Ordinis Diſcretis in Diffinitorio ad eos omnes,& ſinguli Prouinciarum Miniſtri,& Cuſtodes ſigillatim,ac ſeorſum ordine Vocati accedãt,& illi quidem ſuæ quiſq; Prouinciæ ſigillum,iſti verò patẽtes Cuſtodiatus literas obſignatas,ac ſigillo munitas,vt ſupra cautũ eſt,oſtendãt, ne quiſquam ad electiones canonicè celebrandas indebite admittatur,vel excludatur. — Sigilla Prouin. à Miniſtris,& literæ Cuſtodiatus à Cuſtodibus exhibenda.

Ex conſue. & ex Vltra. c.8. — Die Sabbati ſummo manè Capitulares non ſolùm, ſed,& alij omnes,Sacramentali confeſsione præmiſſa,celebrẽt,& qui celebrare nõ poterũt,aut Sacerdotes non fuerint,cõmunicent:hora verò cõpetẽti poſt primã,cantabitur ſolẽniter Miſſa de Spiritu Sancto, & poſt eã Hymnus:*Veni Creator Spiritus* ℣. *Emitte Spiritum tuum.Oratio.Deus qui corda fidelium.* — Sabbato ab omnib' confitẽdum celebrandũque.

Ex Salm.& Tole.eiſdẽ. — Poſt hæc Generalis Miniſtri iuſſu omnes in locum ad electiones celebrandas ſpecialiter deputatum ad campanulæ ſignum conueniant , & clauſis oſtijs, niſi vrgente neceſsitate,nemini omnino egredi liceat , neque ei alimenta adminiſtrentur,donec , & quouſq; generalis Miniſtri electio ſit facta, ita quod eo die Sabbati habeant alium Generalem Miniſtrum præſentem,vel abſentem. — Capitulares congregãdi, locus electionis claudẽdus.

Ex eiſdem. — Congregatis igitur,ac ordine ſedẽtibus Capitularib' omnibus,ſermonẽ,ſeu collationẽ pro antiqua approbata religionis conſuetudine attentè audiant. — Sermo habendus.

Ex eiſdem, & Vltram. c.8. — Poſt hęc Generalis Miniſter,ſiue is qui Pręſes fuerit Capituli breui quidem,ſed omnino pio ac graui ſermone ad Capitulares legitimè cõgregatos habito, eos grauiter,& efficaciter hortetur vt eũ in Generalẽ Miniſtrũ eligere velint,qui tãto oneri,ac muneri ad Dei laudẽ,& gloriam,ac ſeruitium,& cõmunem vtilitatẽ fratrum dignè ac fructuoſè ineundo,& ſubeundo ſufficiat,ac reſpondere poſsit,eos autẽ grauiſſimè quidem peccare, qui aut indignũ aut certe minus idoneum , ac ſufficientem prauo affectu elegerint,admoneat,& demonſtret. — Exhortatio pro electione à præſide fiat , & qualis.

Qui

℟. *Sed citò anticipent nos miſericordiæ tuæ.*
℣. *Elige Dauid ſeruum tuum.*
℟. *Paſcere Iacob, & Iſrael bæreditatem tuam.*
℣. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.*
℟. *Et renouabis faciem terræ.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DOmine, qui corda noſti omnium, cui omnis volun tas loquitur, & quem nullum latet ſecretũ, oſtende nobis, quem elegeris, accipere locum miniſterij huius, in quo pio in nos ſtudio ſemper tibi placitus, familiam tuam virtutibus inſtruat, & fidelium mentes ſpiritualium aromatum odore perfundat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Ex eiſdem. Poſtea Diſcretis Ordinis, tum perpetuis, tum pro tẽpore exiſtentibus, opportuno loco ſegregatis, Diſquiſitores ſex, tres ex vna, & tres ex altera familia per ipſum generalẽ Miniſtrum proponantur, & per eos probati ab eodem Præſide, vt ſupra ſtatutum eſt, inſtituantur, & ad ſecretum ſeruandum adſtringantur. Diſquiſitores inſtituendi, quot, & qui, & quomodo.

Ex eiſdem. Tum generalis Miniſter, & Commiſſarius item Generalis, ſecundùm Bullã vnionis electus, officio renuntient, & culpas recognoſcant coram omnibus vocalibus dumtaxat, pro veteri ac probata Religionis conſuetudine, quibus Præſes capituli, aut pro laboribus & meritis gratias agat, aut pro demeritis pœnas imponat. prout iuſtitia ſuaſerit: quod quidẽ etiam de Officialibus Curiæ faciendum cenſemus, renunciatione excepta. A Generalibus renuntiandum, & quo pacto.

Ex eiſdem. Deinde Diſquiſitoribus loco aperto ſedentibus ad menſam, vt ſuprà dictum eſt, paratam Vocales accedant ſinguli, ſuas ſchedulas in vas inferentes, quibus extractis, & votorum ſcrutinio facto, electio à Diſquiſitore Scriba, voce intelligibili, in hunc modum publicetur. Ad Diſquiſitores vocales accedant, & ſuffragia deferãt ſcrutinium, fiat electio publicetur.

In nomi-

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Hęc eſt electio Reuerẽdiſsimi Patris Miniſtri generalis totius Ordinis Minorum Franciſci, canonicè celebrata, per dicti Ordinis Patres Reuerendos Vocales, iuxta regulam capitulariter congregatos in præſenti Conuentu. N. Ciuitatis, ſeu loci: N. Anno Domini. N. Die vero. N. In qua electione Reuerendus Pater. N. habet tot. Et ego Frater. N. eiuſdem Ordinis profeſſor, ac Prouinciæ. N. Cuſtos vel Miniſter, vnus ex Diſquiſitoribus, nomine meo, & nomine aliorum omniũ, qui in dictam electionẽ conuenerunt & conſenſerunt, nomino & eligo in eiuſdem totius Ordinis Miniſtrum generalẽ præfatum Reuerendiſsimum Fratrem. N. in quem maior pars vocum conſenſit, ſicq; electum denuntio. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Forma publicationis generalis Miniſtri.

Poſt electionem verò ſtatim Cantor incipiat *Te Deum laudamus*, & pulſatis omnibus cãpanis Conuentus, electionis locum egredientes, alternis vocibus piè canentes, ad Eccleſiam vadant in proceſsionis forma, vbi ſequentes verſus & orationes canantur.

Ex electionis loco quomodo egrediendum, & quæ ité agenda.

Ex eiſdem, & Vltiam.

℣. *Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu.*

℟. *Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.*

℣. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

℟. *A templo ſancto tuo, quod eſt in Ieruſalem.*

℣. Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ.
℟. Et ſuper filium hominis, quẽ confirmaſti tibi.
℣. In Conceptione tua immaculata fuiſti.
℟. Ora pro nobis Patrem, cuius filium peperiſti.
℣. Ora pro nobis B.P.N. Franciſce.
℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Miniſtro noſtro, & dirige eum ſecundùm tuam clementiam in viam ſalutis æternæ, vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Deus, qui per immaculatã Virginis Cõceptionẽ, &c.

Deus, qui Eccleſiam tuam B.P.N. Franciſci, &c.

Actiones, & electiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio, electio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cepta finiatur, Per Chriſtum.

Ex eiſdem. — Generalis electo obedientia præſtanda.

Poſt hæc ſedente Generali Miniſtro opportuno loco ad id ſpecialiter, ac decenter anteà parato Capitulares, & alij fratres omnes, qui Capitulari loco, & tempore præſentes aderunt, debitam reuerentiam Miniſtro Generali exhibeant, & obedientiam præſtent.

Ex eiſdem, & ex indulto Apoſt. in Cõp. verb. generalis. — Generalis Miniſter cõfirmatione nõ indiget.

Ipſe verò Generalis Miniſter virtute præſentis conſtitutionis authoritate Apoſtolica confirmatus intelligatur, & pro confirmato habeatur, ac propterea libere ſuum officium abſque alia vlteriori confirmatione poterit exercere.

Ex Salman. & Tole. eiſdem. — Commiſſarius generalis à quibus eligendus.

Poſt prandium verò iterum Vocales omnes ad Capitulum conueniant, & qui fuerint de familia ex quã erat Generalis Miniſter, qui in hoc Capitulo complet ſuũ officium, eligant Cõmiſſariũ Generalẽ.

Qua electione peracta Vocales omnes Ciſmontanæ familiæ in vnum cõgregẽtur, & ſimiliter Vocales Vltramontanæ, in alio loco pro Generaliũ.

Diffinitores generales ab vtraque familia ſeorſum eligendi.

Diffinitorum electione facienda, in qua eligendi ſunt Diffinitores duodecim, ſex nimirum ex vna, & ſex ex altera familia, forma, & ordine ſupradictis ſeruatis, & tam generalis Commiſſarius, quàm Diffinitores á Miniſtro generali confirmentur. Ex eiſdem.

Procurator & Commiſſarius Curiæ inſtituẽdi.

Facta igitur electione Diffinitorum, Miniſter generalis de conſilio, & conſenſu maioris partis Diffinitorij, Procuratorem, & Cōmiſſarium Romanę Curiæ in eodem Diffinitorio inſtituat. Ex eiſdem.

Poſt electiones Diſcretoria duo mox deputanda.

Electionibus igitur prædictis canonicè, ac ritè celebratis Diſcretorium, alterum pro Ciſmontanis, alterum pro Vltramontanis loco decenti, & congruo Generalis iuſſu mox conſtituatur. Ex eiſdem.

Præſides in eis deſignãdi, & quales.

In vno quoque Diſcretorio, Generalis arbitrio, de conſilio tamen Diſcretorum Ordinis, vir grauis, prudens, atq; pius, qui ſit prædicti Diſcretorij Præſidẽs, ex ſua familia deputetur, & ſemper ſit de corpore Capituli, qui habeat curam congregandi Diſcretorium hora competente. Ex eiſdem.

Cauſarum Auditores deputandi.

Poſteá generalis Miniſter de prædictorum Patrum conſilio cauſarum Auditores deputet, qui auditis & viſis negotijs, & cauſis, quę ad Capitulum venerint decidenda ad Diffinitorium deferant, quidquid iudicandum cenſuerint. Ex conſue. & Vltram.

Ad Diſcretorium omnibus cõueniendi, & quid in eo agendum.

Singulis diebus congregetur Diſcretoriũ, in quo omnes Vocales conueniant, ad deliberandum de his, quę noſtrum Ordinem concernunt, & antiquas Ordinis conſtitutiones, accuratè, ac diſtinctè perlegẽdas, Præſides diligenter curent, vt an ſeruentur, & in quibus frequentiùs peccetur, melius cognoſci, animaduerti, & deſuper prouideri poſsit. Ex eiſdem.

Quæ à Præſide proponenda, ac [illegible] anda.

Præſidis erit proponenda proponere, prout locus, tempus, & occaſio feret, maximè verò pro bonis moribus tuendis, prauis corrigendis, abuſibus tollendis, inſtaurandaque, ac retinenda regularis vitæ diſciplina, pro augenda pietate, & religione, ac denique pro pace in Ordine vniuerſo, & in ſingulis Prouincijs perpetuò, ac ſanctè conſeruanda. Ex eiſdem.

Libe-

Ex eiſdem, & ex Vltra.

Liberum tamen erit vnicuique aduertere, & admonere, quæ viſa fuerint pro eodem fine admonitione digna, quæ omnia diſcutiãtur, diſcuſaque, ſcripto notentur, quatenus omnia in Diffinitorio proponantur cuius authoritate approbanda, vel reprobanda erunt, vel alia etiam conſtituenda, prout illis Patribus pro locorum, & temporum varietate bené viſum fuerit.

Quæcuique viſa liberè admoneres Diffinitorio omnia proponẽda.

Ex eiſdem, & ex veteri conſuet.

Illud verò, vel maximè ab omnibus ſeruetur, vt in ſententijs dicendis nullus, aut immodeſtis vocibus aut tumultibus perturbetur, nullis etiam vanis, aut obſtinatis diſceptationibus contendatur, ſed quidquid dicatur, ſic mitiſsima verborum prolatione temperetur, vt nec audientibus offendiculo ſint, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

Sententia in Diſcretorio quomodo dicenda.

Ex eiſdem Salmant. & Tolet.

Item, ſingulis diebus, ſtatutis horis, Diſſinitorium congregetur, alterum pro Vltramontanis, & alterum pro Ciſmontanis, in quo collatio fiat ſuper ijs, quæ de Prouincijs ad Capitulũ ſunt transmiſſa, & ordine ſuo videantur, & diſcutiantur in Diffinitorio, & ibidem omnes cauſæ diffiniantur, decidanturque omnia, & ſingula, quæ per Diſcretorium fuerint propoſita.

Diffinitorium cõgregandum in eo quid agendum.

Ex eiſdem.

Nulla tamen ſtatuta valeat Diffinitorium condere ſine conſenſu maioris partis Capituli, nec totum Capitulũ valeat aliquid diffinire ſine approbatione maioris partis Diffinitorij.

Statuta ſine cõſenſu maioris partis Capituli condi nõ poſſunt.

Ex Concil. Tridẽ. ſeſſ. 25. ca. 4. de reforma. in comp.

Ex ſacra Tridentina Synodo ad Capitulum generale ſpectat ea pia legata componere, quorum eleemoſyna pro Miſsis celebrandis, adeò tenuis exiſtat, vt non facilè is Sacerdotum numerus qui ſufficiat honeſtè ſuſtentari poſsit, ita vt re diligenter perſpecta pro eorum conſcientia in illis noſtri Ordinis Eccleſijs, quas hac prouiſione indigere cognouerint, poſſint ſtatuere circa taxationem Miſſarum á teſtatoribus relictarum quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem, & pias teſtantium voluntates expedire iudicauerint.

Capitulo generalis pia legata componendi facultas.

pieque agendi partes æquè conformetur, & ſanctè conformata perpetuò conſeruetur.

Quo quiſque loco, & ordine in Comitijs generalibus ſedere debeat.

Ex eiſdem. AD euitandam in ſedendo confuſionem decernimus, vt in Capitulo generali vtriuſque, & noſtræ familiæ ſic præcedentia ordinetur. Ad partem dexteram collocentur omnes Vocales, qui ſunt de illa familia, in qua Capitulum celebratur. Locus, & ordo quocunque ſedendi, quæ familia a dextris, quę à ſiniſtris.

Ex eiſdem. Primum tamen locum teneat, in dextera Miniſter generalis à ſuo officio abſolutus, quamuis non ſit de illa familia in qua Capitulum celebratur: nam durante Capitulo, in quo eius munus ſpirat, cæteros omnes debet præcedere. Poſt per actum Capitulum ſeruabit antiquitatem, cum alijs qui fuerunt Miniſtri generales, vt dictum eſt. Miniſter generalis ſuo officio abſolutus.

Ex eiſdem. Secundò, ſuccedet Commiſſarius generalis. Tertio ſequentur, qui fuerunt generales Miniſtri, ſeu Vicarij generales, ſeruantes inter ſe ſuam antiquitatem. Commiſſarius generalis, & qui Miniſtri, ſeu Vicarij generales fuerunt.

Ex eiſdem. Deinde ſedebunt, qui fuerunt Commiſſarij generales, ſecundùm Bullam vnionis electi, & Vicecommiſſarij generalis. Qui Cōmiſſarij, & Vicecommiſſarij.

Ex ſupra citatus. Poſtquos Commiſſarius generalis Indiarum in Curia Regis Catholici reſidens locum habeat. Commiſſ. general. Indiarum.

Ex eiſdem. Poſteà ſedebunt Procurator Ordinis, & Commiſſarius Curię, quiſque in ſua familia. Officiales Curiæ.

Ex eiſdem. Deinde ſequentur Diffinitores generales nouiter electi: deinde Miniſter Prouincialis Prouinciæ, in qua celebratur Capitulum. Diffinitores generales.

Ex eiſdem. Poſt quos Miniſtri ſuccedent ſecundùm ordinem Prouinciarum ſubſequentem, & ſuo modo Cuſtodes: ita vt ſi fieri commodè poteſt, Cuſtodes non miſceantur cum Prouincialibus. Miniſtri, & Cuſtodes.

ORDO, ET SERIES PROuinciarum, ad alteram & alteram familiam pertinentium.

Quæ ad Ciſmontanam familiam pertinent.

1 PRouincia Franciæ.
2 Prouincia Franciæ Pariſienſis.
3 Prouincia Caſtellæ.
4 † Prouincia Saxoniæ S. Ioannis Baptiſtæ.
5 † Prouincicia Saxonię S. Crucis.
6 Prouincia Turoniæ.
7 Prouincia Turoniæ Pariſienſis.
8 Prouincia Aragonẽſis
9 Prouincia Argentina.
10 Prouincia Aquitanię antiquioris.
11 Prouincia S. Iacobi.
12 Prouincia Coloniæ.
13 Prouincia S. Bonauẽturæ.
14 Prouincia Portugaliæ.
15 Prouincia S. Ludouici.
16 Prouincia Hibernię.
17 † Prouincia Scotiæ.
18 Prouincia Conceptionis.
19 † Prouincia Daciæ.
20 Prouincia Britaniæ.
21 † Prouincia Angliæ.
22 Prouincia Bethicæ.
23 Prouincia Burgenſis.
24 Prouincia Angelorũ
25 Prouincia Pietatis, Diſcalciatorum.
26 Prouincia S. Gabrielis Diſcalciatorum.
27 Prouincia Carthaginenſis.
28 Prouincia Flandriæ.
29 Prouincia Germanię inferioris.
30 Prouincia Algarbiorum.
31 Prouincia S. Euangelij de Mexico.
32 Prouincia Maioricarum.
33 Prouincia Aquitanię recentioris.
34 Prouincia S. Michaelis.
35 Prouincia Cantabriæ
36 Prouincia Apoſtolorum de Lima.
37 Prouincia Canariæ.
38 Prouincia S. Andreæ
39 Prouincia Sardiniæ.
40 Prouincia Valentiæ.
41 Prouincia Cathalonię

42 Prouincia S. Ioſeph de Iucatan.
43 Prouincia Arabidorum Diſcalciatorum.
44 Prouincia S. Ioſephi Diſcalciatorum in Caſtella.
45 Prouincia S. Antonij Diſcalciatorum in Luſitania.
46 Prouincia S. Ioannis Baptiſtę Diſcalciatorũ.
47 Prouincia S. Petri, & Pauli Mechoacã in noua Hiſpania.
48 Prouincia Nominis Ieſu de Guatimala.
49 Prouincia Sanctę fidei noui Regni Granatenſis.
50 Prouincia ſanctiſsimę Trinitatis de Chile.
51 Prouincia ſancti Frãciſci de Quito.
52 Prouincia S. Antonij Charcarum.
53 Prouincia S. Georgij Nicaragua in noua Hiſpania.
54 Prouincia S. Crucis inſulę S. Dominici Hiſpaniolę nuncupatę.
55 Prouincia Granatenſis.
56 Prouincia S. Gregorij Philippinarum Diſcalciatorum.
57 Prouincia S. Pauli Diſcalciatorum.
58 Prouincia Zacathecarum.
59 Prouincia S. Didaci de Mexico Diſcalciatorum.
60 Prouincia de Laliſco.
61 Guardianus Pariſiẽſis.
62 Prouincia Paraguai.
63 Prouincia S. Elenę in Florida.
64 Prouincia S. Thomę in India Orientali.
65 Prouincia S. Bernardini Reformatorum.
66 Prouincia S. Dionyſij.
67 Prouincia Immaculatę Cõceptionis Aquitanię Reformatorum.
68 Prouincia S. Didaci in Bethica Diſcalciatorum.

AD FAMILIAM VERO Vltramontanam ſequentes Prouinciæ ſpectant.

1 Prouincia Sancti Franciſci.
2 Prouincia Romana.
3 Prouincia Marchiæ.

4 Pro-

4 Prouincia Thuſciæ.
5 Prouincia Bononiæ.
6 Prouincia S. Antonij.
7 Prouincia Genuæ.
8 Prouincia Mediolani.
9 Prouincia Principatus.
10 Prouincia ſeptẽ Martyrum.
11 Prouincia Siciliæ.
12 Prouincia S. Nicolai.
13 Prouincia S. Bernardini.
14 Prouincia S. Angeli.
15 Prouincia Dalmatiæ.
16 Prouincia Candiæ.
17 Prouincia Boſnæ Croaciæ.
18 Prouincia Auſtriæ.
19 Prouincia Argentinæ.
20 Prouincia Boemiæ.
21 Prouincia Poloniæ.
22 Prouincia Corcicæ.
23 Prouincia Raguſiæ.
24 Prouincia Brixiæ.
25 Prouincia Baſilicatę.
20 Prouincia Vngariæ Saluatoris.
27 Prouincia Boſnæ Argentinæ.
28 Prouincia Vngariæ ſanctæ Mariæ.
29 Prouincia Terræ laboris.
30 Prouincia Calabriæ.
31 Prouincia Tirolenſis.
32 Prouincia Albaniæ.
33 Prouincia Floretiæ.
34 Prouincia S. Didaci.
35 Cuſtodia Terrę ſanctæ.

ORDO ET SERIES PROVINciarum totius Ordinis ſecundùm familias & nationes diſtinctus.

Familia Ciſmontana conſtat tribus nationibus, videlicet, Hiſpania, Gallia & Belgica.

Ad nationẽ Hiſpaniæ pertinent ſequẽtes Prouinciæ.

Caſtellæ.
Aragonenſis.
Sancti Iacobi.
Portugalliæ.
Conceptionis.
Bœthicæ.
Burgenſis.
Angelorum.

Pietatis

Pietatis Diſcalciatorũ.
S. Gabriel. Diſcalciator.
Carthaginenſis.
Algarbiorum.
Maioricarum.
S. Michaelis.
Canthabriæ.
Canariæ.
Sardiniæ.
Valentiæ.
Catholoniæ.
Arabidorũ Diſcalciato.
S. Ioſeph Diſcalciator.
S. Antonij Diſcalciator.
S Ioannis Baptiſtę Diſcalciatorum.
Granatenſis.
S. Pauli Diſcalciatorũ.

In eadem natione Hiſpaniæ ſunt in India Occidentali ſequentes Prouinciæ.

In noua Hiſpania.
S. Euãgelij de Mexico, cum ſua Cuſtodia de Iampico.
S. Ioſeph de Iucatan.
SS. Petri, & Pauli de Mechoacan, cum Cuſtodia S. Catherinę.
Nominis Ieſu de Guatimala.
S. Georgij de Nicaragua.
S Gregorij Philippinarum Diſcal.
S. Frãciſci de Zacatec.
S. Didaci de Mexico Diſcalciat.
S. Iacobi de Ialiſco.
S. Elenæ de la Florida.
In Regno del Piru.
SS. Duodecim Apoſtolorum de Lima.
S. Fidei noui Regni Granatenſis.
SS. Trinitatis de Chile.
S. Franciſci de Quito.
S. Crucis de Caracas.
S. Antonij de las Charcas.
Aſſumptionis de Paraguai, & Tucaman.
In India Orientali.
S. Thomæ cũ ſua Cuſtodia Matris Dei de Malaca.

Ad nationem Galliæ, & Franciæ pertinent ſequentes Prouinciæ.

Francię.
Francię Pariſienſis.
Turonię.
Turoniæ Pictauenſis.
Aquitaniæ antiquioris.
S. Bonauenturæ.
S. Ludouici.
Aquitaniæ recentioris.
Britaniæ.
S. Bernardini reformatorũ.

S. Dioniſij cum ſua Cuſtodia. S. Antonij in Delphinatu reformatorum.
Conceptionis Aquitaniæ reformatornm.

Ad nationem Belgicam pertinent ſequentes Prouinciæ.

Argentinæ.
Coloniæ.
Hiberniæ.
† Scotiæ.
† Datię.
† Angliæ.
Flandrię.
Germariæ inferiori S. Andreæ.
† Saxoniæ S. Ioann. Bap.
† Saxoniæ S. Crucis.

FAMILIA ULTRAMONtana cõſtat tribus nationibus, videlicet, Lombardica, Regnicula, Ultramarina.

Ad nationem Lombardiæ pertinent ſequentes Prouinciæ.

S. Franciſci.
Romaniæ.
Marchiæ.
Tuſciæ.
Bononienſis.
S. Antonij,
Genuenſis.
Mediolanenſis.
Corſicæ.
Brigiæ.
S. Didaci.

Ad nationem Regni pertinent ſequentes Prouinciæ.

Principatus.
Septem Martyrum.
Siciliæ.
S. Nicolai.
S Bernardini.
S Angeli.
Baſilicata.
Terra Laboris.
Calabriæ.

Ad nationem Ultramarinam pertinent ſequentes Prouinciæ.

Dalmatiæ.
Candiæ.
Boſne Croaciæ.
Auſtriæ.

Argen-

Argentinæ.	Boſnæ Argentinæ.
Bohemiæ.	Vngariæ S. Mariæ.
Poloniæ.	Tirolenſis.
Raguſię.	Albaniæ.
Vngariæ Saluatoris.	Cuſtodia Terrę Sanctæ.

De Capitulo Generali intermedio.

Ex Bul. vnion. & ex Salmãt. c. 8. & Tolet. Finito triennio Commiſſarij generalis electi ſecundùm Bullam vnionis, cogendum eſt Capitulum generale per Generalem Miniſtrum, aut Ordinis Vicarium, vt ſtatutum eſt per Dominum Leonem Decimum. Capitulum generale intermediũ à Miniſtro generali cõuocandum.

Ex eiſdem. Ad quod Capitulum accedere teneantur omnes Prouinciales, & Cuſtodes, & cæteri Vocales totius familiæ, pro qua eligendus eſt Commiſſarius generalis. Qui accedere tenẽtur.

Ex eiſdem. Huiuſmodi Capitulum in feſto Pentecoſtes celebretur, & Vocales omnes feria quinta ante feſtum prædictum accedere teneantur ad locum in quo comitia ſunt celebranda ad horam prandij. In feſto Pẽtecoſt. feria quinta præcedẽte conueniant.

Ex eiſdem, Salmant. & Tolet. Et in iſto Capitulo ſunt eligendi denuo ſex Diffinitores, nec reeligi poſſunt (vt dictum eſt) illi qui præcedente Capitulo, totius Ordinis fuerunt Diffinitores ab eadem familia electi. Diffinitores ſex eligendi.

Ex eiſdem. Reliqua omnia quoad electiones, Syndicationes, conſtitutiones, concluſiones, prędicationes, & congregationem Diſcretorij, & Diffinitorii, & tabulæ confectionem ſimili modo fiant ſicut dictum eſt de Capitulo generali. Omnia ſicut in Capitulo generali agenda.

Ex eiſdem. Ordo ſedendi ſeruabitur ſicut dictum eſt in articulo de Capitulo generali: verùm ſi commodè fieri poteſt, omnes Miniſtri Prouinciales ſedeant ad manum dexteram, & Cuſtodes ad læuam, ne Miniſtri Cuſtodibus, & Cuſtodes miniſtris commiſceantur. Quo loco, & ordine ſedendum.

(§)

De Capitulo Prouinciali, & congregatione habente vim Capituli.

Capitulum Prouinciale ſingulo triennio habendum, & nõniſi altero generaliũ præſente.

Ex eiſdem.

ABſoluto triennio Miniſtri Prouincialis, inuiolabiliter eſt celebrandum Capitulum Prouinciale. Hoc tamen Capitulum, in quo eligendus eſt Miniſter Prouincialis, haberi nullo pacto poteſt, niſi præſente miniſtro, aut Commiſſario generali, aut Viſitatore eorum authoritatem habente. Et ſi aliter Capitulum celebretur, ſit irritum, & inane quidquid ibidem factum fuerit.

Dies à Præſide aſsignandus.

Ex eiſdem.

Precibus publicis per ſingulos Conuentus primo pro nulgatis, in hoc Capitulo ſic procedẽdũ eſt. Dies aſsignetur à Capituli Præſidente, in quo celebrandũ ſit Capitulum, & quantum commoditas tulerit, ſit dies Dominica.

Qui conuocandi.

Ex eiſdem.

Ad Prouinciale Capitulum accedere tenẽtur Prouinciarũ Patres, & Diſcreti actuales, Guardiani omnes, lectores, iubilati, & cæteri, qui ſecundum conſtitutiones generales, ſiue Prouinciales, ſiue iuxta cuiuſuis Prouinciç conſuetudinem ſuffragari debent, & poſſunt in electionibus.

Pœnæ non accedẽtibus incurrẽdæ.

Ex eiſdem.

Quod ſi legitimo ceſſante impedimento in eo ipſo Prouinciali Capitulo Diffinitorij Patribus probãdo, non acceſſerint prædicti omnium ſuffragiorum iure triennio priuentur, neque propterea Capitulum ipſum, aut ſuſpendatur, aut differatur; ſed ſtata die celebretur.

Quãdo Viſitatori, & Diſcretis Prouĩ. accedendũ, quid itẽ agendum.

Ex eiſdem.

Viſitator verò, & Prouincialis, & Diſcreti Prouinciarum accedant ad locũ Capituli, tribus diebus ante quam Vocales accedant, & in hoc tẽpore, ſi quæ fuerint culpç graues ex viſitatione Prouinciç cõtra Prouincialẽ, illi in ſcriptis reuelentur, & audiẽtia ei prçbeatur, & corã Præſide, & Diſcretis Prouinciæ accuſationes, & excuſationes diſcutiantur. Et illud circa correctionem, vel liberationem Miniſtri Prouincialis fiat, quod maiori parti viſum fuerit.

Vocales.

Ex eiſdem. Vocales autem accedere debent vigilia vigiliæ Capituli ad horam prandij,& deliberent vſque ad diem ſequentem: in quo poſt Primam, Miſſa decantetur de Spiritu Sancto, & hymnus Veni creator, cum verſu,& oratione vt ſupra. Quãdo Vocales debẽt accedere,& quæ agẽda.

Ex eiſdem. Statim ad Capitulum conueniant omnes, in quo primo, *Veni Creator Spiritus*, ab omnibus decantetur, & dicta oratione, ſermo fiat coram omnibus, peractaque contione, omnes, qui non ſunt de corpore Capituli egrediantur, & exhortatio fiat à Præſide de his, quæ ad electionem conueniunt. Quæ electionem debent præcedere.

Ex eiſdem. Et ſtatim eligantur de corpore Capituli, à Præſide, & Diſcretis Prouinciæ, vnus Secretarius, & duo teſtes, qui Diſquiſitores ſolent appellari: & antequàm ad electionem procedatur omnes Vocales abſoluat à cenſuris, ſuſpenſionibus,& irregularitatibus,& ſi qui ſunt priuandi, tunc priuentur. Diſquiſitores inſtituẽdi Capitulantes abſoluẽdi, ſi qui priuandi ſunt.

Ex eiſdem. Et Prouincialis qui abſoluendus eſt, renuntiet ſuo officio,& regiſtrum,& ſigillum Præſidi conferat,& ſuas culpas recognoſcat, vt moris eſt, genuflexus,& ibi à Præſide laudetur, vel corripiatur. Prouinciali renuntiandum.

Ex eiſdem. His peractis, eligatur ſucceſſor, vt dictum eſt in articulis de electione, ſeruatis in ea omnibus, & ſingulis, quæ iuxta ordinem ſupra præſcriptum ſunt ſeruanda. Electio qualiter facienda.

Ex eiſdem. Deinde fiat electio quatuor Diffinitorum, vt ſupra ordinatur, qua peracta cantetur, *Te Deum laudamus*, euntes omnes ad Eccleſiam in forma proceſſionis, in qua Prouincialis,& Diffinitores à Capituli præſide confirmentur. Diffinitores eligẽdi.

Ex eiſdem. Deinde Guardiani ſingulis ſuis officijs ſcripto renuntient, & ſigillum ſui officij in Diffinitorio præſentent, & exhibeant cum diſpoſitionibus Conuentuum, neque ampliùs Guardiani cenſeantur, quamuis triennium non compleuerint, niſi de nouo fuerint inſtituti. Guardianis quæ agẽda.

Reliqua

Reliqua quo modo expediẽda. Reliqua omnia, quo ad congregationem Diſcretorij,& Diffinitorij & quoad conſtitutiones,prædicationes,concluſiones, & tabulæ confectionem fiant ſuo modo,ſicut de Capitulo generali dictum eſt. Ex eiſdem.

Quo modo Capitulum diſſoluẽdũ. His omnibus conſtitutis, omnes ad Capitulum conueniant, & in eo Præſidens ad obſeruantiam regularem admoneat,& defectus Prouinciæ generaliter reprehendat,& ordinata à toto Capitulo denunciet. Et ibidem tabula officiorum & ordinationum promulgetur, & data ſua benedictione, Capitulum diſſoluat,& licentiam recedendi concedat. Ex eiſdem.

De Capitulo intermedio, ſiue Congregatione Capitulari.

Capitulum intermediũ quare non celebrãdũ. NVllum de cetero intermedium celebretur Capitulũ,cùm in Congregatione,quæ Capituli vim obtinet, Prouinciæ negotia diffiniri, euacuarique poſsint. Ex Rom. 1587.

Congregatio Capituli vim habẽs conſũltis Generalibus quando celebrãda. Quapropter præcipimus, vt ad dimidium triennij celebretur à miniſtro Prouinciali (conſultis tamen Prælatis generalibus reſpectiuè) congregatio Capitularis, quæ habeat vim Capituli Prouincialis, ad ea omnia peragenda, quæ ſolent fieri in Capitulis Prouincialibus. Ex Salman. c.8.& ex Tolet.1583.

Qui ad eam accerſendi. Ad hanc igitur congregationem ſolùm debẽt vocari,qui ſunt de corpore Diffinitorij,Patres videlicet. & Diſcreti actuales Prouinciæ, qui ad locum à Miniſtro deſignatum conuenire tenentur, niſi legitimo impedimento ab ipſo Diffinitorio probato præpediti eximantur. Ex eiſdem.

Ante cõgregationẽ Prouincia viſitãda,& quare. Antequàm hæc congregatio cogatur, Miniſter Prouincialis debet totam Prouinciam viſitare, vt de omnibus,quæ in viſitationibus ſcitu digna, ac reformatione,ſiue correctione inuenerit, in ipſo Diffinitorio conſulatur. Ex eiſdem.

Guardiani renũtiatio- Et omnes Guardiani renuntient per ſcriptum ſuis officijs, & ſuorum conuentuum diſpoſitiones ad Ex eiſdem.

con-

congregationem remittant, nec Guardiani ſint vlterius, niſi de nouo continuentur: atque adeò in ea congregatione tabula officiorum conſtituatur.

nes & diſpoſitiones o tráſmittát.

Ex eiſdem. In hac verò congregatione conſtitutiones condi non poſſunt, quæ legis vim habeant. Prædicatores tamen, & confeſſores ſæcularium inſtitui poterunt, & eligi.

Quæ non fieri, & quæ fieri poſſunt in congregatione.

Ex eiſdem. Interim tamen quod vocales Prouinciarum ad Capitulum generale tranſmiſsi, non fuerint regreſſi, nullum Capitulum Prouinciale, nec congregatio habens vim Capituli celebretur: & ſi fuerit celebratum, ſit irritum & inane, dummodò mora prædictorum vocalium inutilis non interueniat, vel ſit impoſsibilis regreſſus.

Tempore generalis Capituli nullum capitulum, vel congregatio vim Capituli habens celebretur.

De Conſtitutionibus.

Ex Eiſdem. CAueant Prælati in Capitulis à multiplici legum conſtitutione, & nimia præceptorum & cenſurarum impoſitione, vt contemptus & obliuionis periculum euitetur.

A multiplici legũ conſtitutione cauendum.

Ex eiſdem. Atque adeò declaramus, nullos noſtræ Religionis Prælatos poſſe per ſe ipſos ſine Prouincialis, aut generalis Capituli conſenſu conſtitutiones facere, quæ vim legum habeant, cæteros impoſterum obligantium: poterunt tamen præcepta imponere, quæ pro tempore Prælati imponentis robur habent obligandi.

Quæ Prælatis liceat, & quæ non in legum conditione.

Ex eiſdem. Et ne labor Capituli generalis ſit inanis, & in contemptum veniat ordinis diſciplina, Miniſtri, Cuſtodes, & Guardiani conſtitutiones præſentes faciãt diligenter obſeruari, quas quilibet Guardianus loco ſuo ſtudeat diligenter habere, cauendo, ne extraneis publicentur.

Hæc ſtatuta diligenter Prælati ſeruari faciant.

Ex eiſdem Atque adeò expreſsè volumus, ſancimus, & decernimus, vt vniuerſi, & ſinguli fratres ſe ad hec ſtatuta inſtituant, & informent quoniam omnia, & ſingula ſtatuta hùc vſq; retro actis Capitulis, & congregationibus quomodocumq; edita omnino abolentes,

Ab omnibus inuiolate ſeruáda cæteris abolitis.

an-

annullantes,&reuocantes has dumtaxat conſtitutiones,decreta,& ſtatuta in præſenti generali cógregatione ex illis ſelecta vnanimi conſenſu recepta, & probata,& in hoc Ordine diſpoſita:volumus, ac diſtrictè præcipimus ab omnibus,tam Prælatis,quã ſubditis integrè exactè, atque inuiolatè ſeruari.

Caſus in ijs neque in ſacris Canonibus ; deciſus, ſi totũ Ordinẽ concernat à Generalib' decidendus.

Verũ ſi aliquis caſus occurrat,totam familiã concernens,qui in ſacris Canonibus,& jis ſtatutis nó fuerit deciſus, arbitrio Miniſtri,aut Cómiſſarij generalis,cũ cõſilio Diſcretorũ illius Prouinciæ,in qua morari contigerit,abſoluendus eſt,cum difficilè ſit Diſcretos Ordinis ad caſus occurrentes conuocare. Ex eiſdem.

Si ad vnam Prouinciã ſpectet à quibus, decidendus.

At verò ſi negotium eueniens ad Prouinciam aliquã pertineat,& in ſupradictis nó ſit expreſſum,per ſtatuta illius Prouinciæ omnino iudicétur,ſin minus per arbitrium Miniſtri Prouincialis cú conſilio Diſcretorum illius Prouinciæ decernantur. Ex eiſdem.

Prouinciarum normæ probantur.

Nolumus tamen per hæc ſtatuta abrogare certas quaſdam viuendi normas, ſiue ordinationes, quas Prouinciæ,vel Cuſtodię habent ad puriorem,& ſtrictiorem regulæ Obſeruantiam conſtitutas. Ex eiſdem.

Hic fratres ad culpã nó aſtringuntur,niſi.&c.

Tandem declaramus per hæc ſtatuta,& alia quæcũque fratres nó aſtringi ad culpã,niſi aliàs per ius diuinũ,& humanũ fuerint obligati, & niſi in his dũtaxat ſtatutis cenſuræ,aut obedientię ponantur. Ex eiſdem.

Ter in anno hæc ſtatuta legenda.

Præcipimus vniuerſis Guardianis,& Pręſidẽtibus, & chori præfectis,vt hæ conſtitutiones ter in anno legãtur,poſt declarationes Põtificias, in noſtrã regulã editas à Dño Nicolao III.& Clemente V.primo per menſem Ianuarij,ſecundo per mẽſem Maij,tertio per menſem Septembris, & ſecus facientes pro prima vice officijs ſuſpendantur ſuperioris arbitrio,per ſecundam ſuſpenſio duplicetur, pro tertia verò omnino priuentur. Ex eiſdem.

* * *

De diſpenſatione regulæ, & harum Conſtitutionum.

Ex origine relig. Gon. pag. 30. ex Rom. 1537. & Tol. 1606. & Ro. 612.

Regulæ obſeruātia inuiolata ſine alicuius præcepti diſpēſatione cōmendatur.

CIrca puram numquamq; violandam noſtri inſtituti obſeruantiam innouātes verba illa à bonæ memoriæ, primo Generali Miniſtro ex Obſeruātum familia aſſumpto coram ſanctæ Romanę Eccleſię legatis, & vniuerſo Ordinis cætu obſeruantium nomine in hunc modum prōlata (*quantùm in nobis eſt, ſicut nec vnquam ab huiuſmodi regulari modo viuendi recedere quæſiuimus, ita nec quādiu nobis ſana mens fuerit, ab eo deflectere quæremus*) & toto pectore eā demmet ſponſionem faciētes, veſtigijſq; ſanctorum Patrum eiuſdem obſeruantiæ maximè zelatorū inhęrētes, firmiter decernimus, ac declaramus in nullo præcepto noſtræ regulæ hactenus nobiſcum diſpēſatum eſſe, atq; omnia, & ſingula in eadem regula contenta à nobis obſeruāda eſſe, & obſeruari debere iuxta declarationes Sūmorum Pontificum Nicol. III. & Clemen. V. prout in alijs Comitijs generalibus decretū, ac declaratum eſt, quapropter omnibus, & ſingulis fratribus præcipimus, vt nulla admiſſa diſpenſatione (ſi qua appareat) contra puritatē ipſius regulæ, ſtudeant, tenaciter memoria retinere ſuę profeſſionis inſtitutum, incumbendo efficaci promiſſorū obſeruationi, vt quidquid Deo Optimo Maximo promiſimus, plenè prę̨ſtemus.

Ex Tolet. 1583. & Cōcil. Trid. ca. 18. ſeſſ. 25. de reform.

Hæc ſtatuta indiſtinctè obſeruāda, nec ad tranſgrediēda aditū aperire facili diſpenſatione licet.

Sicut publicè expedit legis vinculū quandoq; relaxare, vt pleniùs euenīētibus caſibus, & neceſsitatibus pro cōmuni vtilitate ſatisfiat, ſic frequentiùs legem ſoluere, exemploq; potiùs, quā certo perſonarum rerumq; delectu petētib' indulgere nihil aliud eſt, quā vnicuiq; ad leges tranſgrediēdas aditū aperire. Quapropter ſciāt vniuerſi noſtri religionis profeſſores, has omnes cōſtitutiones indiſtinctè eſſe obſeruādas.

Ex eiſdem.

Non diſpēſandū, niſi cauſa maturè cognita.

Quòd ſi vrgens, iuſtaque ratio, & maior quandoque vtilitas poſtulauerit, cum aliquibus diſpenſandum eſſe: id cauſa cognita, & ſumma maturitate fiat

ab illis, ad quos diſpenſatio pertinebit, vt Concilium Tridentinum apertè docet.

In conſtitutionibus Apoſtolicis diſpenſare nefas, niſi, &c.

Quare Prælati noſtræ religionis diſpẽſare nequeũt in conſtitutionibus Apoſtolicis, quæ in his ſtatutis continentur, niſi in his caſibus, in quibus à Sede Apoſtolica indultum eſt noſtræ religionis Prælatis, vt diſpenſare valeant, in priuilegijs noſtræ religionis conceſsis, quæ nimirum priuilegia in ſacro Cõcilio Tridentino ſunt confirmata, & roborata, illis dumtaxat exceptis, quæ expreſsè ſunt in prædicto Concilio derogata. Ex eiſdem.

In conſtitutionibus generalibus qualiter à Prælatis generalib' diſpẽſandum.

In cæteris verò conſtitutionibus, quę præciſe à noſtra religione cõditæ ſunt, nullus Prelatus generalis diſpenſare poſsit, niſi in ſcriptis, & cũ cõſilio Diſcretorum Prouincię alicuius. quæ diſpenſatio nõ ſortiatur effectum, quouſque prædicta diſpenſatio fuerit ſubſcripta, & ſigillo authẽtico munita, & aliter facta diſpenſatio nullius ſit effectus, nec roboris. Ex eiſdem.

Miniſtri Prouinciales nullo modo in his diſpenſare poſſunt, niſi, &c.

Miniſtri verò Prouinciales in his ſtatutis generalibus à noſtra præciſe religione conditis, diſpenſare omnino non poterunt, niſi in his caſibus, qui expreſſè Miniſtris Prouincialibus ſunt commiſsi ſub pœna priuationis à ſuis officijs, diſpenſatioque ab eis facta irrita, & nulla cenſeatur. Ex eiſdem.

Pœnas cõmutare quomodo liceat, ſalua ordinis diſciplina.

Conceditur tamen Generali, & Prouincialibus Miniſtris, vt in caſu ſpeciali, atque ex cauſa rationabili, cum conſilio Diſcretorum Prouincię, poſsint commutare pœnas huiuſmodi, atque etiam mitigare, quod ſi ex eorum remiſsione ſoluatur Ordinis diſciplina, accuſentur in Capitulo generali, vel Prouinciali. Ex eiſdem.

Pœnis grauiorib' dyſcoli cogi poſſunt.

Si quos tamen fratres, Prælati inuenerint dyſcolos, & contumaces, poterunt eoſdem grauioribus pœnis cogere, quàm ſunt in his conſtitutionibus taxatæ, ex conſilio Diſcretorum Prouinciæ. Ex eiſdem.

***

De

De ſuffragijs defunctorum. Cap. IX.

Ex antiq.c. 12. & ex prima Barchin. c. 9.

STATVIMVS, vt pro omnibus fratribus in noſtro Ordine decedentibus quilibet Sacerdos (niſi cõtingat cum languore, vel itinere impediri) qualibet hebdomada de mortuis celebret vnam Miſſam, vel appropriatam collectam mortuorum.

Pro omnibus fratribus qualibet hebdomada à ſingulis Sacerdotibus vna Miſſa, vel collecta dicenda.

Ex eiſdem. Cæteri fratres clerici dicant vnam Vigiliam nouem lectionum: laici verò centum Pater noſter, cum totidem Aue Maria, & hæc ſi omittãtur in vna hebdomada, poſſunt ſuppleri in alia.

A non ſacerdotibus quę ſuffragia peragenda.

Ordinamus etiam, quòd pro fratribus noſtris, & familiaribus defunctis, quorum recõmendatio facta fuerit in Capitulo generali, quilibet Sacerdos annuatim celebret vnam Miſſam de mortuis; quilibet Clericus dicat quinquaginta Pſalmos, & quilibet frater laicus centum Pater noſter, cum totidem Aue Maria: & pro viuis familiaribus Miſſæ, Pſalmi, & Pater noſter, & Aue Maria totidem perſoluantur.

Pro recommẽdatis in Capitulo generali quæ item ab omnibus annuatim, & pro viuis familiaribus.

Ex eiſdem. Ordinamus, vt pro Cardinali, qui in ordinis regimine deceſſerit, à quolibet Sacerdote Ordinis tres Miſſæ celebrentur, & à quolibet clerico vnum Pſalterium, & à quolibet laico trecenta Pater noſter, & idem fiat pro Generali Miniſtro, & pro Commiſſario generali in officio decedente.

Pro D. Protectore, & generalibus prælatis decedentibus in officijs.

Ex eiſdem. Et pro illis, qui vadunt ad Capitulum generale, ſi contingat eos mori in via, vna Miſſa dicatur à quolibet Sacerdote.

Pro eũtibus ad Capitulũ generale.

Ex eiſdem. Officium pro defunctis fratribus, & benefactoribus, & pro illis, qui in noſtris cæmeterijs ſunt ſepulti, ter in anno ſolemniter celebretur, ſcilicet proxima die ante feſtum B. Mariæ Magdalenæ, & proxima die ante feſtum beati Michaelis, & feria ſecũda poſt Dominicam Septuageſimæ.

Pro fratribus benefactoribus, & in noſtris cęmiterijs ſepultis,

Ex eiſdem. Simile officium fiat pro patribus & matribus omnium fratrum vltimo die feriali ante Aduentum: iſta

Pro patribus, & matribus omniũ fratrum

verò quatuor officia generalia non ſunt omittenda propter officia, quæ in nouo Breuiario dicenda præcipiuntur.

Pro hoſpitibus, qui fratres in itinere recipiunt.

Ex prim. Barchin. & ex ſequentib. Tholoſ.

Item ſingulis annis pro hoſpitibus, qui in itinere fratres recipiunt, infra octauam B. Franciſci in honore ipſius ſancti approprietur Miſſa conuentualis vnius diei: & vna priuata à quolibet Sacerdote in eadem intra octaua, & à quolibet clerico quinquaginta pſalmi, & à quolibet laico centum Pater noſter.

Fratri morienti omnibus aſsiſtendum.

Ex eiſdem.

Item ordinatur, quòd totùs Conuentus vocetur, & aſsiſtat fratri morienti: eius exitum ſuis orationibus & ſuffragijs protecturus: & hoc quando bono modo fieri poterit iudicio Guardiani. Et ſi totus Cõuentus adeſſe non poſsit, maior, vel ſaltem magna pars ipſius vocetur ſecundùm diſpoſitionem Præſidentis.

Pro decedẽtibus in officio prælationis.

Ex eiſdem.

Item ordinamus, pro quolibet fratre in officio prælationis Guardiani, Cuſtodis, vel Miniſtri prouincialis decedente à quolibet fratre Sacerdote, cui in morte præerat, dicantur tres Miſſæ, & à quolibet Clerico ſemel Vigiliæ nouem lectionum, & à quolibet laico centum Pater noſter cum totidem Aue Maria.

Pro ſingulis fratribus decedentibus.

Ex eiſdem.

Pro alijs autem fratribus, quibuſcumque defunctis à quolibet Sacerdote prouinciæ, in qua erant profeſsi, vel incorporati, vna Miſſa dicatur: ita quòd Guardiani teneantur tot Miſſas applicare pro quolibet defuncto, quot ſacerdotes ſubditos habuerint, etiamſi ſint abſentes, vel infirmi: ſecus autem facientes arbitrio ſuperioris ſuſpẽdantur ab officio, & Miſſæ omnino dicantur. Et vigiliæ à Clericis, & Pater noſter à laicis (vt priùs) perſoluantur, & Conuentus cantet Vigiliam & Miſſam defunctorum.

Liber defunctorum fratrum, & ſpecialium benefactorum habẽdus, & quæ in eo notanda.

Ex eiſdem.

Item liber defunctorum fratrum, & ſpecialiũ benefactorum (ſicut conſuetum eſt) habeatur, & legatur, in quo libro ſcribantur nomina & cognomina illorum, qui loca fratrum in toto vel in parte fundauerunt: aut fratribus ædificia conſtruxerunt, ſeu conſtrui fecerũt, vel eis dona notabilia fuerunt elar-

gitur:

giti. Ipſaque beneficia eorumdem anno quolibet in Capitulo recitentur, & pro eorum animabus in ſpeciali à fratribus oretur.

Ex Tolet. 1583. Et vltra ſpeciales orationes pro benefactoribus faciendas ſtatuitur, vt omnes Miſſę, quæ in omnibus Dominicis celebrātur, à cunctis Sacerdotibus noſtri Ordinis ſint pro benefactoribus, & defunctis fratribus. Vt verò hæc conſtitutio variari non poſsit, decernitur, vt nullus Prælatus poſsit in Dominicis diebus pro aliqua occaſione, etiam pro expenſis Capituli generalis, vel prouincialis alias Miſſas dicendas diſtribuere, nec alicui fratri concedere, vt pro ſua, vel alterius intentione poſsit celebrare. Atque adeò Capitulum generale pręſenti decreto applicat intentionem omnium Sacerdotum noſtræ familiæ in Dominicis celebrantibus pro prædictis fratribus, & benefactoribus. Omnes Miſſę, quæ in ſingulis Dominicis celebrantur pro benefactoribus applicandæ.

De archiuijs, & quæ in eis aſſeruanda ſunt.

Ex vltram. ca. 12. QVoniam de archiuijs non rarò fit mentio in his decretis, & de ſcripturis, quæ in eis ſeruandæ ſunt: idcircò ſtatuimus, vt archiuia de eo Prouinciale alterum, alterum locale in ſingulis Prouincijs & domibus primo quoque tempore conficiantur, vbi iam confecta non ſint, & duabus clauibus diuerſo opere confectis, vtrumque occludatur. Duo archiuia duabus clauibus occluſa.

Ex eiſdem. Claues archiuij Prouincialis alterā Miniſter, alterā Guardianus eiuſdem Conuentus aſſeruet: archiuij verò localis clauem alteram ipſe Guardianus, alteram antiquior Conuentus, Diſcretus ſemper cuſtodiat. Quę claues ſeruari debent.

In archiuio locali collocentur liber nouitiorum, & profeſſorum, & eorum inquiſitiones, ſiue informationes. Quæ in archiuo locali ſeruanda.

Collocetur etiam inuentarium librorum Bibliothecæ, & rerum omnium, quæ ſunt in ſacriſtia, & in alijs conuentuum officinis.

Item omnia priuilegia, & omnium litium ſenten-

tiæ, quæ ſiue in fauorem Conuentus, ſiue contra datę ſunt.

Tituli etiam patronatus Conuentus, & ſcripturæ fundationis ipſius.

Item memoriale, ſiue inuentarium ſuffragiorum & Miſſarum, quæ per ſingulos annos in Conuentu debeant celebrari, cum titulis ſituationum, & aliæ omnes ſcripturę ad Conuentum ipſum quacũque ratione pertinentes.

Sit etiam liber, in quo ſigillatim ſcribãtur res memorabiles de virtute, & ſanctitate fratrum, qui in ipſo Conuentu claruerunt, quatenus vera omnium geſtorum relatio, quando opus fuerit, habeatur.

In Prouinciali quæ.

In Prouinciali archiuio collocentur omnes ſupradictæ ſcripturæ, quæ ad vnumquemque Conuetum pertinent, diſtinctis in locis ſegregatæ cum titulo conuentus, cuius ſingulæ ſint.

Item numerus fratrum in vnoquoque Conuentu præſcriptus, vel præſcribendus.

Item liber pro adnotandis apoſtatis, & quibuſque delinquentibus, eorumque proceſsibus.

Item tabulæ Capitulorum, & numerus fratrum viuorum & mortuorum, & rerum notabilium Prouinciæ cum priuilegijs & ſcripturis quibuſcumque totam Prouinciam concernentibus.

Pro Gallicis, & Belgicis Prouincijs, ex Tolet. 1583.

Statuta Prouinciarum ſeruanda, Barchinonẽſibus nõ obſtantibus.

TAmetſi prædicta ſtatuta generalia (quæ Barchinonenſia recognita nuncupantur) à Gallicis, & Belgicis Prouincijs fuerint ſuſcepta, conceditur tamen eiſdem Prouincijs, vt regantur ſecundùm ſtatuta Capitulorũ generalium, ac Prouincialium vſitatorũ in qualibet Prouincia, ita quòd ſi ſuprà memorata ſtatuta generalia Barchinonenſia recognita fuerint, aduerſa & contraria ſuis prędictis vſitatis ſtatutis, nolumus in eo caſu prædictas Prouincias ad notas prædictás conſtitutiones teneri, & obligari.

Ve-

Verùm ſi caſus occurrerit, qui abſolui, & defi- niri non valeat per ſua viſitata ſtatuta, tenebuntur prædictæ Galliæ, & Belgicæ Prouinciæ ad vnguem obſeruare memorata ſtatuta Barchinonenſia recognita. In quo caſu Barchinonē ſia ſeruāda.

Nullus recipiatur à Prouincia in Prouinciam, ſine conſenſu vtriuſque Miniſtri: niſi interueniat authoritas Miniſtri generalis, aut Commiſſarij, prout in Barchinonenſibus recognitis continetur. Nullus in altera Prouincia recipiēdus ſine vtriuſq. Miniſtri, vel Generalis licentia.

Lectores actu legentes ſacram Theologiam ſint ſecunda perſona Conuentus, demptis Patribus Ordinis, & Prouinciarum. Lectoris actualis præcedentia.

Fratres qui non laborant, nec laborarunt, poſtponantur fratribus laborantibus ad arbitrium Reuerendi Patris Miniſtri Prouincialis in ſuis viſitationibus. Laborātes non laborātibus præponendi.

Prouincia Aquitaniæ recentioris gaudeat priuilegijs cæterarum trium Prouinciarum reformatorū quoad omnia, præterquàm in ijs, quæ ſpectant ad Conuentum Pariſienſem. Prouinciæ Aquitaniæ recentioris priuilegia.

Prouincia Germaniæ inferioris, ſeu Brabantiæ ad tollendam ambiguitatem deinceps vocetur ſolum Germaniæ inferioris, Brabantiæ nomine penitus deleto. Prouinciæ Germaniæ inferioris nūcupatio.

Prouincia S. Andreæ connumeretur Prouincijs Germaniæ inferioris, gaudeatque omnibus priuilegijs illarum Prouinciarum. Prouinciæ S. Andreæ priuilegia.

Rurſus ſtatuitur, vt in ſingulis Capitulis Prouincialibus eligantur quatuor Diffinitores, vt in Barchinonenſibus reformatis continetur. Atque adeò primò eligatur Prouincialis Miniſter, & poſtmodum eligentur Diffinitores, ne contingat aliquando, quòd vnus ex Diffinitoribus eligatur in Miniſtrum. Quatuor Diffinitores eligendi, & quomodo.

Ex Romanis 1587.

CONfirmatur ſtatutum de non mittendis paſsim Commiſſarijs in Prouincias, niſi à Prouinciali Mini- Non paſsim Commiſſa-

Miniſtro, vel Prouinciæ patribus petantur, vel Miniſtro generali pro legitima aliqua occaſione, & cauſa aliud viſum fuerit.

Prouincias mittendi.

Fratres Beneficiati qui bus carere debeant.

Statuitur, & decernitur, ne fratres Beneficiati, ſiue Curati, ſe deinceps religionis noſtræ rebus immiſceant, ne eleemoſynis, aut cæteris eiuſdem religionis emolumentis gaudeant, verùm etiam priuatis in ædibus habitent, ne interim Conuentus propter frequentem mulierum, cæterorumque ſæcularium ad eos acceſſum turbentur, regulariſque diſciplina ſoluatur.

Prouinciæ iuxta propria ſtatuta gubernentur ſalua regulæ puritate.

Permittuntur Prouinciæ regi, & gubernari iuxta noua, atque antiqua Prouincialia ſtatuta, conſuetudineſque ex more patriæ acceptas, quandiu huiuſmodi conſuetudines regulę puritati boniſque moribus minime refragantur.

Diſcretoriũ Pariſiẽſe obedientias Generalis admittere tenetur.

Quod Diſcretorium Conuentus Pariſiẽſis teneatur admittere omnes obedientias Reuerendiſs. Patr. Generalis, ſub pœna priuationis Guardianatus quod ſi aliqua occurrerit difficultas, certiorem faciat de ea eundem Reuerendiſs. P. qui curabit, vt eis ſatisfiat.

In promouendis Lectoribus ratio meritorum quoad ſufficientiã habendã.

Habeatur omnino ratio meritorum, quoad ſufficientiam, & doctrinam promouendorũ Patrum lectorum in almo noſtro Pariſienſi Conuentu, proinde Cuſtos trium Prouinciarum obedientias, quás à Reuerendiſs P. Generali Miniſtro, pro Magiſtri Sententiarum lectura obtinuerunt penes ſe vſque ad primam congregationem, quàm diligentiſsimè ſeruabunt, quatenus Patrum Prouincialium, & Diffinitorum iudicio dignioribus fratribus maiorique merito præditis dentur.

Ad lecturã Sententiarũ ſine Generalis licẽtia null' promoueendus.

Nullus promoueatur ad lecturam Sententiarum in vlla parte, niſi de licentia P. Reuerendiſs. Generalis, ſub pœna priuationis officij licentiam danti.

Incorporatis Generalis faculta-

Fratres aliqua in Prouincia Reuerendiſs. P. Generalis authoritate incorporati, ab ea minimè diſcedant, niſi præfati Reuerendiſs. P. facultate freti, vel

Patrum

Patrum Prouincialium vtriuſque Prouinciæ conſenſu, ſibi fauente.

te, à Prouincia non diſcedendum, niſi. &c.

Ex Valliſoletanis 1593.

NVllus Prouincialis, aut alius, alienarum Prouinciarum Religioſos ad eos confugientes recipiant ſecundùm ſtatutum Capituli generalis Lutetiæ.

Nullus alienarum Prouin. confugiens recipiendus.

Ordinatur ex intentione ſacrorum Canonum, & authoritate Summorum Pontificum, ne Abbatiſſæ, aut aliæ ſorores recurrant ad ſæculares pro electione, confirmatione, aut alia ſimili ratione, ſub pœna depoſitionis ab officijs, aut alia grauiori ad arbitrium Prouincialis.

Monialibus recurſus ad ſæculares omnino interdicitur.

Prohibetur Miniſtris Prouincialibus ſub pœna excommunicationis, & priuationis officiorum, & vocis actiuæ, & paſsiuæ, ne alterius Prouinciæ Conuentum in numerum ſuorum Conuẽtuum adſcribere, vel in eo aliquam iuriſdictionem exercere, ſine Generalis authoritate valeant, quantumcumque iure belli, aut alio modo in alieni dominij poſſeſsionem ceſſerit, ſed religioſi illius Conuentus ſemper ſuo pareant Miniſtro, donec prouiderit aliter Reuerendiſs. Generalis.

Prouincialibus Côuentũ alterius Prouinciæ in numerũ ſuorum adſcribere vetitum, niſi, &c.

Statuta, ſeu conſtitutiones Prouinciarum contra dyſcolos edita ſeruentur tanquam à Reuerendiſsimo immediatè proficiſcentia.

Statuta in dyſcolos qualiter ſeruanda.

Datur omnibus Galliæ Prouincijs facultas inſtruendi, quàm abſoluta potuerint ſtudia, ad omnium ſcientiarum, maximè Theologiæ exercitia, ne compellantur Hiſpaniam petere, aut Italiam.

Studia inſtruendi libera facultas Galliæ Prouincijs conceditur.

Approbatur, & confirmatur decretum Prouinciale factum in Prouincia Diui Bonauenturæ, de duobus Miniſtris Prouincialibus, ex eadem Cuſtodia ſucceſsiuè, & immediatè, non ſumendis, & eligendis.

Duo Miniſtri ex eadẽ Cuſtodia ſucceſsiue non eligendi.

Pœnæ non contribuentiũ pro expenſis Capitulariũ.

Statuitur, quod Guardiani nolentes contribuere pro Capitulo, & Congregatione generalibus adeundis deponantur, atque actiua, & paſsiua vocibus priuentur.

Ex Romanis 1600.

Gallicæ Prouinciæ ſtatutis generalibus regendæ.

OMnes Gallicæ Prouinciæ regantur ſecundùm ſtatuta Barchinonenſia, ab antiquis recepta, & à Pio V. Pontifice Maximo approbata, nec recentioribus paſsim grauari ſtatutis, à Commiſſarijs latis permittimus.

Commiſſarij ex eiuſdem nationis Prouincijs mittendi.

Commiſſarij mittendi ad prædictas Galliæ Prouincias notionales, ſint ex eiſdem Prouincijs, vel ſaltem ex vicinioribus, ne ſumptibus, & expenſis grauentur, qui Commiſſarij nullà poterũt ſtatuta concedere ſine Diffinitorum conſenſu.

Qui nõ miſſi ad Curiã Rõm. cõfluxerint qualiter puniẽdi.

Vt diuagandi occaſio fratribus omnino tollatur ſtatuimus, vt qui ad Curiam Romanam non miſsi, ſed pœnas ſibi debitas euitandi gratia, confluxerint: corrigantur iuxta legem à generali Capitulo Romano latam anno 1571. & à Pio V. bon. mem. approbatam.

Quot fratres Prouinciæ Aquitaniæ in Conuẽ. Pariſiẽ. recipiendi.

Confirmatur ſtatutum factum à Magiſtris, & Diſcretis Conuentus Pariſienſis, anno 1597. iuſſu illuſtriſs. D. Patriarchæ Ordinis iam generalis Miniſtri in fauorem Prouinciæ Aquitaniæ, quòd videlicet in poſterum decem Sacerdotes recipiantur, & totidem iuuenes.

Ex Toletanis 1606.

Literis Generaliũ Prælatorum in fauorem euiuſuis fratris quomodo parendũ

CVm aliqui religioſi in ſui fauorem litteras impetrauerint à Prælatis generalibus, vel à Miniſtris Curiæ, debita reuerentia admittantur: ſi tamen ex earum executione aliquod graue incommodum viſum fuerit prouenire, prædicta talis executio ſuſpenda-

pendatur, ſicut iniure ſancitum eſt: de hocque quàm totiùs moneatur ſuperior, qui decernet, quod magis opportunum iudicauerit. Si verò abſque rationabili cauſa mandatum executioni non fuerit, quod ipſe præcepit, grauiter, & ſeuere, vt decet, huiuſmodi puniat inobedientiam. & quid circa eorum executione faciendum.

Item Apoſtolica ſtatuta, & conſtitutiones noſtri Ordinis prohibentia quòd Guardiani in ſuis officijs continuentur vltra tempus præſcriptum, rigurosè obſeruari præcipimus. Quòd ſi aliquando ob inopiam benemeritorum fratrum, adhoc munus obeundum, neceſſarium fuerit diſpenſari cum aliquo, vt in alio Conuentu in Guardianum iterum eligatur, fieri debet de conſenſu omnium ſuffragiorum Capituli, nemine diſcrepante, vel authoritate, & voluntate R. Miniſtri Generalis. Guardiani vltra trienniū in alio Conuentu eligi qua cōditione liceat.

Nullus tamen eligi poſsit, qui in omnibus, & per omnia aptus non ſit, vt regularem vitam communem degere poſsit, quemadmodum in noſtris ſtabilitur conſtitutionibus. Nemo regularem vitam ducere non potens eligendus.

Commiſſarij autem, qui deſignati fuerint, nullatenus tenorem ſuæ commiſſionis excedãt, ſed omnino Generalia ſtatuta obſeruent, quæ limites ſuæ iuriſdictioni præſcriptos deſignant. Commiſſarij limites legum non excedant.

Item iuxta noſtra antiqua ſtatuta declaramus, quòd Guardianus inſignis noſtri Conuentus Pariſienſis in Capitulo generali ſuffragium habet: & confirmantur omnia ſtatuta edita, & confirmata ab omnibus Miniſtris Generalibus, & quæ vltimo per Reuerendiſsimum Patrem fratrem Franciſcum de Soſa decreta fuerunt. Statuta Cōuentus Pariſieñ. ſprobantur, eiuſque Guardianus Vocalis ad Capit. Gener. declaratur.

Ad electionem autem prædicti Guardiani Pariſienſis ſuffragium actiuum habebunt Patres Diſcretorij dumtaxat, & Bachalaurei, qui cum ad minus ſtudiorum ſuorum annum tranſegerint, tùm etiam habitatores fuerint prędicti Conuentus, iuxta decretum, quod Capitulum generale approbauit ad inſtantiam Procuratoris ipſiusmet Cœnobij, reuocans ſtatutum nouum, in quo prędicta electio remit- Guardiani Pariſien. electio quorum ſuffragijs facienda.

tebatur ad Diffinitorium Prouinciæ, quæ vocem paſsiuam habebat juxta morem antiquum. Et hoc ita ſanè decernimus vt vitentur pleraque incommoda, & inconuenientia, quæ promanabat ex eo, quòd prædicta electio fieret per ſuffragia Scholaſticorum dicti Conuentus, hoc non omnino interdicitur, & ſi aliter fiat, electio ſit irrita, & nulla.

Ex Romanis 1612.

Prouinciarum S. Dionyſij, & S. Bernardini, & Cuſtodiæ S. Antonij erectio.

ERiguntur in Francia duæ Recollectorum Prouinciæ, & vna Cuſtodia, vt puta Prouincia ſancti Dionyſij in Francia, cui donatur ſigillum Imaginis eiuſdem ſancti. Prouincia S. Bernardini in Gallia, cum ſigillo Imaginis eiuſdem. Cuſtodia ſub titulo ſancti Antonij Delphinatus, cum ſigillo Imaginis eiuſdem ſancti.

Diſcreti ad Capit. Prouinc. in Belgic. Prouin. eligendi.

In Prouincijs Belgicis eligentur Diſcreti locales ad Capitula Prouincialia tranſmittendi, propter exiguum numerum fratrum, qui ſunt in Conuentibus.

Recollecti Miniſtris. ſicut cæteri de familia ſubditi.

Fratres Recollecti, ſicut cæteri de familia, ſubditi ſint Prouincialibus Miniſtris: vt fit in Hiſpania, nec inter vtroſque aliqua diuiſio permittatur, immò qui hanc vnionem ſcindere tentauerit, tanquam pacis perturbator grauiſsimè puniatur.

Monalium Conuentus quibus Prouinciis pertineant.

Statuitur, vt Conuentus monialium, noſtro Regimini ſubiecti, pertineant ad eaſdem Prouincias, in quarum territorio ſunt erecti, ita vt in vno eodemque loco ad eandem Prouinciam pertineat Conuentus Monialium, ad quam pertinet fratrum Conuentus in eodem loco ſitus: Commiſſario autem generali illarum partium, iniungit Capitulum generale, vt quàm citò hoc mandet executioni, ad quod ei neceſſariam impartitur authoritatem.

Cyppi, & tecæ pro pecuniis recódendis tollantur.

Miniſtri Prouinciales illico tollant cyppos & tecas, in quibus eleemoſyna pecuniaria reconditur, quoſcumque inuenerint in Conuentibus noſtri Ordinis, tanquam rem manifeſtè contrariam regulari

obſer-

obſeruationi, ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententię, & priuationis officij.

Ex Segouienſ. 1621.

STatuta ſupradicta pro Gallicis, & Germanicis Prouincijs approbantur, & innouantur, conceditur que Germanicis Prouincijs, vt ad nutum Commiſſarij generalis in eis aſsiſtentis, congregentur earum Patres, & Diſcreti loco, & tempore ab ipſo Commiſſario præſcribendo, & viſis, ac recognitis ſtatutis, tam Generalibus, quàm Prouincialibus pro ipſarum Prouinciarum regimine conditis poſsint ea reformare, & in nouam formam debito ordine reducere, ſecluſis ſuperfluis, & neceſſarijs pro temporis qualitate adiectis, quæ omnia debeant Reuerendiſsimo Miniſtro generali præſentari, vt ſua probatione roborata inuiolatè ſeruentur. Statuta prædicta probātur cum facultate, omnia, tam generalia, quā Prouincialia recognoſcendi & reformādi.

Circa Recollectionis ſtatuta in aliquibus Prouincijs recipienda, prout ab ipſis fuit poſtulatum, ſeruentur decreta particularia Diffinitorij generalis, de conſenſu tamen Patrum, & Diſcretorum Prouinciarum earundem. Statuta Recollectaquomodo recipienda.

(:)

STATVTA PRO VNIVERSIS Conuẽtibus Recollectorum fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ in Prouincijs Hiſpaniarum degentibus.

PROLOGVS.

Pro arctiori regulæ obſeruantia hæc viuendi norma excogitata.

Familiare enim eſſe ſolet cũctis, qui Chriſtianæ perfectionis viri amatores eſſe cẽſentur, legẽ ad eum finẽ accõmodam, quam ſemper exquirant, ardẽti animo poſtulare. Cumq; plures Religioſi ſint, qui ad noſtræ regulæ arctiorẽ obſeruantiam cũ totius populi Chriſtiani ædificatione aſpirẽt: hinc enim neceſſarium eſſe viſum eſt Reuerendiſſimo Patri Fratri Frãciſco Gonzaga Generali Miniſtro, certos quoſdã Patres vtriuſq; ſtatus deputare, qui ſimul coacti, maturo præmiſſo examine, quamdam viuẽdi normam, ab eodẽ Reuerendiſſimo Patre pro reformatis fratribus Italicæ familiæ excogitatã recognoſcerẽt, fratribuſq; Recollectis noſtræ familiæ Ciſmontanæ, mutatis mutandis, accõmodarent. Quæ nimirũ viuẽdi methodus ſicut in Capitulo generali intermedio apud S. Ioannẽ Regum vrbis Toletanæ celebrato in die Pẽtecoſtes anno Dñi 1583. fuit ſumma omnium Patrum conſẽſione ſuſcepta & approbata. Ita & in præſentibus comitijs generalibus Segouiæ habitis anno 1621. ſub R.P.F. Benigno à Genua Miniſtro Generali renouata extitit, nõnullis additis, quæ in cap. gen. Valliſolet. ordinata ſunt. Atque adeò prædictum Capitulum generale ſtatuit, & decernit, vt omnes Religioſi Recollecti, non ſolùm ſtatuta generalia, quæ pro vniuerſ. noſtra familia in eodẽ Capitulo ſtatuta ſũt, obſeruẽt: ſed etiã has conſtitutiones pro dictis fratribus Recollectis cõditas exequãtur, volẽtes, vt ſi quæ ſint ſpeciales ceremoniæ & viuendi formæ in domibus, vel Prouincijs Recollectis ad ſtrictiorẽ regulæ obſeruantiam, ad plenum obſeruentur, dummodò non ſint ſacris Canonibus, & Concilio Tridẽtino aduerſæ & cõtrariæ.

In comitijs generalibus ſuſcepta & probata.

Vt ſeruetur ab omnibus Recollectis, decernitur.

De

De inſtituendo, & conſeruando Recollectionis ſtatu. Cap. I.

TAmetſi dubitandum non ſit, quòd communis regularis obſeruantiæ ſtatus ſubſtantiam paupertatis in noſtra regula præſcriptæ obſeruet, & quòd ſit maximè neceſſarius Reipublicæ Chriſtianæ; cùm non ſolùm ſibi viuere, ſed & alijs proficere ad imitationem Seraphici Patris maximè cupiat. Tamen cùm non omnes ad hæc miniſteria ſedulò aſpirent, ſed potiùs rigidam paupertatem, arctâque viuendi formam nonnulli fratres ardenter conquirant: ideò ne rigidus ille noſtræ primitiuæ Religionis viuendi modus omnino lenteſcere videatùr, ſtatuitur, vt nulla ſit Prouincia in noſtra Hiſpania, in qua non ſint certa quædam loca, ſeu monaſteria pro recollectis fratribus deputata, in quibus hæ conſtitutiones ad vnguem obſeruentur, & reliquæ omnes laudabiles conſuetudines, quæ in his locis obſeruari conſueuere, retineantur.

Ne rigidus noſtræ primitiuæ Religionis viuendi modus lenteſcere videatur nulla ſit Prouincia, in qua non ſint conuentus pro Recollectis fratribus deputati.

Et cum experimento depreheſum ſit, arctum Recollectorum viuendi modum, non ſolùm neceſſarium eſſe ad augendam ſæcularium deuotionem, verùm etiam ad conſeruandam noſtræ regulæ puritatem & decorem, admonemus omnes Miniſtros Prouinciales, & reliquos omnes noſtræ Religionis Præfectos, vt omnia Recollectorum loca fauoribus proſequantur, curantes, vt in illis Religioſi creentur, qui eidem viuendi formæ ſe accommodent, & creatos iam & educatos in eiſdem locis conſeruent, non extrahentes eos ab ea viuēdi forma, in quā ſunt educati, niſi ex magna cauſa.

Ad Miniſtros exhortatio pro fauendis Recollectorum locis, vt in eiſdem educentur idonei, & ne educati extrahantur.

Verùm cùm non omnes prouinciæ vnam & eamdem commoditatem habeant, pro his inſtituendis & conſeruandis locis, numerus locorum Recollectorum in quacumque Prouincia habendus, relinquitur diſpoſitioni Prouinciarum, dummodò nulla ſit Prouincia, quæ tria ad minus Recollectorum loca non habeat.

Tria ad minus loca in ſingulis Prouincijs habenda.

Verum, cum rigida paupertas, & debita clauſura obſeruari commodè non poſsit, vbi multitudo magna fratrum fuerit: decernitur, vt nullum Monaſterium habeat plures, quàm viginti religioſos. Et quia ex nimia religioſorum paucitate, vita regularis, & communitatum ſequella detrimentum interdum patitur, ſtatuitur, vt nullus Recollectorum locus poſsit habere pauciores, quàm duodecim fratres.

Nec plures viginti, nec pauciores duodecim habeantur fratres in quouis loco.

8. Co. 9. Quia verò, vt ſacræ literæ docent, *Hilarem datorem diligit Deus*, nulluſque cogendus eſt inuitus creſcere, vt iura decernunt, ſtatuitur, vt nullus frater cogatur in iſtis locis degere.

Nemo ad hanc vitam cogendus.

Quia tamen interdum contingit nonnullos fratres his locis deſtinari, qui idonei non ſunt ad Recollectam vitam ducendam, decernitur, vt nullus frater poſsit in eiſdem locis admitti ad commorandum, ſine expreſſo aſſenſu Guardiani, & Diſcretorum illius Monaſterij.

Nullus admittendus ſine expreſſo aſſenſu Guardiani, & Diſcretorum.

Ne verò ex dyſcolorum contubernio prædicta loca deformari aliquo modo valeant, præcipitur vt nullus cui impoſita ſit pœna luenda, poſsit deinceps ad Recollecta Monaſteria mitti, nec in eiſdem admitti.

Nullus pœnitentiatus mittendus, nec admittendus.

Tamen, quia Guardianorum inſtitutio maximè conducere videtur ad memoratam Recollectionem augendam, & conſeruandam, ſtatuimus, vt nullus deinceps poſsit in Guardianum eligi loci Recollecti, niſi tunc temporis, quando eſt eligendus, fuerit per biennium expletum in aliquo Recollecto Monaſterio commoratus, vitamque Recollectorum communem ducens, & aliter facta electio ſit irrita, & nulla.

Guardianus nõ inſtituẽdus qui biẽnio expleto tempore electionis inter Recollectos non ſit cõmoratus.

Tandem ordinatur, vt ſingulis annis ſemel ad minus Conuentus Recollectorum viſitentur à Miniſtro. Et ne obliuioni tradantur, quæ à Miniſtro fuerint pro manutenentia Recollectionis ordinata, ſtatuitur, vt in ſingulis locis Recollectis ſit

Singulis annis Conuẽtus viſitandi, & viſitationis decreta in libro notanda.

finiatur, vt maneat tempus in oratione, & deuotione expendendum.

Et vigilent ſuperiores, quod legenda, vel dicenda in choro, ſeu communitate ſtudioſè prouideantur. Legenda, vel dicéda prouideantur.

Nullus tamen eximatur de choro, ſeu alia communitate niſi neceſſitate vrgente, & hoc de ſpeciali licentia Guardiani. Nemo à choro eximendus.

Vt verò exercitium orationis ſpiritu deuotionis magis increſcat, cui cætera temporalia inſeruire debent, qualibet die totius anni duæ horæ, & dimidiæ orationis, modo infraſcripto diuiſæ habeantur, videlicet poſt matutinale Officium vna hora, poſt Primam dimidia poſt Completorium vna hora, ſed à Reſurrectione vſq; ad feſtum Exaltationis S. Crucis propter noctium breuitatem, orationis hora poſt Nonam habeatur, in diebus autẽ ieiuniorum orationis hora habeatur ante prandium. Singulis diebus orationi mentali per duas horas, & dimidiam vacandum, & quomodò.

Et quoniam deuota lectio, orandi materiam ſubminiſtrat, ſemper ante orationem huiuſmodi aliqua lectio deuota breuiter legatur, de ſtimulo diuini amoris, aut eleuationis, ſeu itinerarij mentis in Deum, aut artis ſeruiendi Deo, vel alterius libri deuoti. Lectio orationem præcedat.

Vigilent autem Prælati diligenter, vt omnes fratres tempore deputato, in oratione ſe occupent, & ſi quiſpiam contrarium egerit, diebus octo ſtet in oratione cum nouitijs in loco nouitiorum. Omnibus orationi inſiſtendum.

Thren. 3. Prou. 18. Quoniam autem bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei, & mors, & vita ſunt in manibus linguæ, & ſilentium eſt clauis animæ, cultus iuſtitiæ, ac domus religioſæ decor, & venuſtas, ideò laborent fratres ſeruare ſilentium, primò in locis debitis, videlicet, in choro, in dormitorio, in Eccleſia, & in refectorio, tam in prima, quàm in ſecunda menſa, & hoc non ſolùm à reſidentibus in loco, ſed etiam à forenſibus. Silentiũ ſeruandũ quibus in locis.

Secundò horis debitis, nempè à Completorio, vſque ad Primæ diei ſequentis horæ pulſatio- Quibus itẽ tẽporibus.

 nem

& qualiter hoſpites tractandi.

nem, exceptis tamen hoſpitibus de nouo venientibus, quibus fratres debent miniſtrare, & illos recipere charitatiuè, & benignè, eoſque cum licentia Guardiani aſſociare, & cum eis ſubmiſſa voce loqui debent.

Quibus tẽporibus ſignum ſilẽtij dandum.

Similiter hora dormitionis à feſto Reſurrectionis Domini, vſque ad feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis, quolibet die tranſacta hora poſt prandium, pulſetur campanula refectorij, & ex tunc ſileatur vſque ad Nonam, in diebus ieiuniorum ſimili modo apulſata campanula poſt prandium, ſilentium ſeruetur, donec fiat ſignum adſurgendum à ſomno.

Silentiũ frãgentis pœna, & quando non frangi cenſendum.

Si quis autem ſilentium fregerit, culpam ſuam coram fratribus humiliter in communitate explicabit, eique à Guardiano, ſecundùm exigentiam culpæ pœna imponetur: non tamen intelliguntur ſilentium infringere, quando pro rebus neceſſarijs loquuntur ſubmiſſa voce, & breuiter, ſcilicet, per ſpatium vnius Aue Mariæ.

Semper, & vbique modeſtia in loquendo ſeruanda.

In alijs autem locis, & temporibus fratres in ſuis locutionibus caueant à ſtrepitu verborum, in quibus modeſtiam, & breuitatem, quantum fieri poterit, ſeruare ſtudeant, quia in multiloquio nõ deeſt peccatum. Prou. 10.

Verba otioſa, & inutilia vitanda.

Studeant quoque prædicti fratres ſeruare ſilentium Euangelicum, deuitantes verba otioſa, ſuperflua, & vana, ac multo magis colloquia praua, & iniqua, quæ bonos mores corrumpunt.

Tẽpore orationis, & ſilentij ſæculares arcendi.

Cæterùm quoniam vbi omnibus omnia patent, ibi non eſt vera religio, vt Diuus Bernardus docet, ideò tempore orationis, aut ſilentij, nullus ſæcularis introducatur in locum, niſi vrgens neceſsitas iudicio Guardiani aliud requiret. Et tunc non permittant illos per locum diſcurrere, ne inde religioſorum quies turbari contingat.

(?)

De Obſeruantia paupertatis. Cap. III.

QVONIAM regula noſtra dicit: *Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur*: & Chriſtus ait: *Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regũ ſunt.* Ideò locorum iſtorũ fratres taliter induantur, quòd omnis curioſitas & pretioſitas longè ſit ab eis, & in veſtimentorum ſuorum pretio, & colore ſem per aſperitas, paupertas, & vilitas iudicio Prælati reluceāt: obſeruata tamen ad colorem vniformitate Prouinciæ.

Matth. 11.

In veſtimētis omni curioſitate reiecta aſperitas, paupertas & vilitas reſplendeat.

Et ne in modo veſtiendi deformes, cum ſæcularium admiratione appareant: ſequentur omnes hāc formam, videlicet quòd longitudo habitus ad ſuperiorem partem pedis perueniat: latitudo autem ſit ad minus duodecim, vel quatuordecim palmorum, aut ſexdecim ad ſummum. Quòd ſi alicuius corpulentia maiorem latitudinem requirat, fiet iuxta Prælati iudicium: manicæ habitus habeant in ore latitudinem palmi ad minus, & in altero extremo duorũ fermè palmorum. At caputij latitudo non tranſeat à lateribus conum iuncturæ humerorum, ſed ad illud perueniat: longitudo autem illius à parte poſteriori cingulum non excedat, ſed ad illud ferè perueniat. Mantella verò excedant genua ſemipalmo.

Forma in habitibus & mātellis ſeruanda.

Nullus prædictorum fratrum habeat niſi vnum habitum, & tunicam vnā, ideo in quolibet Conuentu in loco communi habeantur aliquot habitus & tunicæ, quibus, quando voluerint, ſubueniantur, & iſtorum habituum curam habeat aliquis frater, vt nitidi ſeruentur.

Habitum & tunicā dumtaxat quiſque habeat, ſint que habitus & tunicæ in cōmuni loco.

Miſſæ in iſtis domibus non recipiantur pictantia dicendæ, ſed omnes dicantur pro intentione, quam Chriſtus habuit in Cruce, & generaliter pro viuis & defunctis.

Miſſæ omnes pro intētione Chriſti in Cruce dicendæ.

Quòd ſi aliquando ab aliqua perſona benefica multum fuerint moleſtati ad dicendam Miſſam aliquam

Quando in particularis.

charitatiue al.qui Miſſa applicanda.

quam alicui in particulari applicandam, & non poſſent ſine ſcandalo renuere, tunc dicantur merè charitatiuè, nullo penitus habito remunerationis pacto vel intuitu.

Vſus recipiendi peculiares Miſſas omnino reijciendus.

Caueant tamen fratres ipſi, vt vſus recipiendi peculiares Miſſas, nullo modo in iſtis domibus introducatur, & ſi introductus fuerit, tollatur omnino.

Miſſæ domibus recollectis numquã distribuẽdę, neque vt in particulari applicẽtur, facultas cõcedẽda ſub pœna.

Capituli generalis applicatio omniũ Miſſarũ.

Nullus autem Prælatus in Prouincijs, ſeu domibus recollectis poſsit ex quacumque cauſa Miſſas diſtribuere, nec poſsit deinceps, etiam alicui fratri Recollecto, vel forenſi in locis recollectis exiſtenti, facultatem conferre, vt valeat Miſſas, vel Miſſam in particulari applicare, vel pro ſua intentione dicere: & Prælatus, qui ſecus fecerit, ſuo officio priuatus exiſtat, & Miſſæ aliter applicatæ non valeant. Nam Capitulum generale in perpetuum applicat intentionem omnium Sacerdotum noſtri Ordinis in monaſterijs recollectis celebrantium pro ea intentione, quam Chriſtus habuit in Cruce. Et ſi quæ licentię fuerint datę, præſenti conſtitutione abrogantur omninò.

Pecuniæ in domibus recollectis nec recipiendę, ſeruãdę, nec deponendę.

Ex Clem. exiui. ar. 5 quo circa.

Quia vero dictorum locorum fratres regulam noſtram Seraphicam ſtrictiori modo (vt par eſt) ſeruare cupiunt, ideo attendant declarationi Do. Clement. V. quæ dicit: *Ne perſonam aliquam habeant in domo, vel extra, qua pecunias pro fratribus recipiat, aut ſeruet, nulloque in loco denarios deponi faciant.*

Neceſsitates benefactoribus manifeſtari poſſunt à Prælatis.

Sed Prælatus neceſsitates loci præſentes, vel imminentes manifeſtare poterit benefactori offerenti pecuniam, videlicet, exigentiam olei, piſcium, cæterorumque ſimilium: quòd ſi liberè eis largientur, poterunt fratres cum benedictione Dei ipſas res recipere, denarios autem minimè.

In prouiſione neceſsitatum puritas regulæ obſeruanda.

Ipſi etiam Prælati quoad prouiſionem neceſsitatum fratrum ſollicitam curam gerant, circa duo attendendo, videlicet, circa puritatem regulę obſeruãdam, & fratrum neceſsitatem prouidendam.

Res neceſſariæ admittendæ.

Vnde res neceſſarias, pro Dei amore eis oblatas non reſpuant, ſed benignè, cum omni beneuolentia

recipiant, gratias agentes Deo, qui temporalia adijcit ijs, qui primò Regnum Dei quærunt, & iuſtitiam eius.

Si autem oblata eis non ſufficiunt, recurrant ad menſam Domini petentes eleemoſynas confidenter: diſcant tamen modicis eſſe cōtenti, & ſuperflua reſpuere, vt ſciant cum diuo Paulo *abundare, & penuriam pati*, reminiſcentes, ſe eſse profeſſores paupertatis altiſsimæ, quæ diuitiā abundantiam cōpenſat virtutibus, & temporalia commutat æternis. — *Si oblata nō ſufficiant, quid agēdū.* — Philip. 4.

Muſtum autem nullo modo petent in vindemijs, nec triticum, nec ordeum tempore meſsium quærant: aliæ verò eleemoſynæ moderatè fiant, eo modo & forma, quibus Prouinciales cum Guardianis, & Diſcretis loci expedire iudicauerint. — *Nec muſtū in vindemia nec granum in meſſe quærendū, aliæque eleemoſynæ moderētur.*

Sed fratres ipſi in tanta paupertate conſtituti nedeſpondeant animo, aut nimia ſollicitudine anxij ſint, ſed credant firmiter verbis illius, qui paſcit aues, non congregantes in horrea, & modica ſollicitudine cuncta eis eueniunt, propterea omnem ſollicitudinem in Deum proijcient, quoniam ipſe curam eorum habebit. — Matth. 6. — 1. Pet. 5. — *In paupertate conſtitutis in Deo ſperandum.*

Si verò neceſsitas tantum vrgeat, vt non poſsint Conuentus recollecti commodè ſuſtentari, niſi muſtum tempore vindemiæ, & triticum tempore meſſis petant, & niſi habeant Syndicum, conceditur eiſdem Conuentibus, vt ex licentia Miniſtri Prouincialis & Diſcretorum Prouinciæ in ſcriptis obtenta poſsint prædicti Conuentus habere Syndicum, & muſtum, & triticum petere. — *Neceſsitate vrgente, & muſtum, & tritcum petatur, & Syndicum habere liceat.*

Et quoniam Deus vult adorari in ſpiritu & veritate, & ſecundùm quod decēs eſt ſtatui ſeruientiū, ornamenta ſacrorum pretioſa, vel curioſa, puta de auro, argento, vel ſerico, deinceps fratres ipſi non recipiant, poſsint tamen receptis vti, neque in poſterum fieri faciant, aut recipiant thuribula, vel alia vaſa argentea, exceptis calicibus moderatis, & vaſculo (quod decet eſſe argenteum) pro ſeruando Euchariſtiæ Sacramento, & alio pro habendo oleo infirmorum. — Ioan. 4. — *Ornamenta pretioſa nō recipienda, nec vaſa argentea.*

Mappas.

Mappæ in refectorio, non habeantur.

Mappas etiam non habebunt vllo tempore in refectorio, ſed tantum manutergia, vt intus, & foris paupertas reluceat.

Iumentum ſi neceſſariũ ſit liceat habere.

Atque adeò vno, aut altero iumento humili ſint contenti ſi ſine eo manere non poſsint: & iudicio Prælati Guardiani, & Diſcretorum loci, ſit omnino neceſſarium.

DE INTERIORI, ET exteriori conuerſatione. Cap. IIII.

Spiritualibus exercitijs quomodo incubendum.

STudeant fratres ſeipſos ad Deum deuotè colligere, & ei, ac paſsioni dilecti filij ſui Domini noſtri, per lectiones, meditationes, orationes, & contemplationem ſic ſe vnire, vt quærentes legendo, inueniant meditando, & pulſent orando ſecreta diuina, vt eis pateant contemplando: & ſic ſincerè, & deuotè in omnibus ſe gerant, vt alterius conuerſatio, ſit alteri in exemplum, & dum conuenire ſimul habuerint, in Pſalmis, Hymnis, ſeu in deuoto ſilentio perſiſtere curent.

Quibus diſciplinis exterior homo caſtigandus.

Quia verò exterioris hominis caſtigatio interioris eſt vigoratio, ideò, vt corpus in ſeruitutem ſpiritus redigatur, & vt Paſsionis Chriſti memoria multis modis habeatur, fiat per totum annum diſciplina (ſingulis exceptis diebus duplicibus & feſtiuis) in illis locis in quibus hæc conſuetudo inoleuit, in alijs verò ad minus tribus diebus, vt in conſtitutionibus generalibus continetur nunquam intermittatur.

Abſtinẽtię, & pœnitẽtiæ voluntariæ permittantur.

Item, vt magis poſsint in humilitate, & aſperitate Crucem portare poſt Chriſtum, ſi quis eorum fratrum voluerit abſtinere à carnibus, vel vino, & alias quaſcumque auſteritates, & pœnitentias facere, dummodo ſint diſcretionis ſale conditæ, à Prælatis fieri permittantur: ipſi tamen Prælati (qui vti ſpiri-

ſpirituales debent omnia iudicare) poſsint interdum filiorum ſuorum feruorem remittere.

Præterea, ſi dicti fratres nudis pedibus incedere voluerint: non prohibeantur ſub colore vniformitatis, quando tamen fuerint prætereundo in alijs Conuentibus ſi ſibi per Prælatum impoſitum fuerit, ferant calepodia. Nudis pedibus incedere cuique licitum.

Et quoniam multam malitiam docuit ocioſitas, & qui non vult operari non manducet, vt docet Paulus, ſi aliquod exercitium occurrerit pro bono Conuentus, hora à Prælato deputetur, pro illo peragendo, ad quod omnes fratres, vt vnius moris in domo Dei conuenire debent. 2.Theſ.3. Pro otioſitate vitãda omnib' operandum.

Si autem operandi non occurrerit neceſsitas, non occupentur in corporali exercitatione, (quę ad modicum vtilis eſt) niſi iuuenes, laici, & nouitij quibus labor, & occupatio valde expedire ſolent, ita tamen, quod ſuper omnia attendant Prælati cultui diuino, orationi, contemplationi, & adorationi, quia pietas ad omnia valet, promiſsionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. 1.Tim.9. Iuuenes, & laici præſertim laborent.

Et vt fratres occaſione priuationis luminis extrinſeci, lumen inuiſibile auidius quærant, & feruentius ſtudeant librum vitæ: *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi*, nullus illorum habeat in nocte lumen in cella, niſi forte ex cauſa cum vtilitate animarum Prælati cum aliquo duxerint diſpenſandum. Coloſ.2. Lumen in cella nõ habeatur, niſi, &c.

Quoniam autem iuſtus in principio ſui ſermonis accuſator eſt ſui, culpas ſuas dicent fratres ter in hebdomada, videlicet, diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris. Prou.18. Culpæ ter in hebdomada dicendæ.

Caueant etiam, ne ſub reformatorum nomine conſuſibiliter vagentur. Ideò nec pro ciuitate petenda, ſeu oppido, licentiam petant, ſed ſi negotium aliquod habẽt, expectent donec à Prçlatis alia de cauſa mittantur, vt in omnibus ſalutaris obedientiæ ſcuto adiuuentur, ſæcularia ergo negotia cuncta, parentum viſitationes atque amicorum confabulationes, Diſcurſus omnino vitandi.

ac diſcurſus,& euagationes, omnino curent euitare,& ad hæc per ſuperiores compellantur.

Recollecti ad Conuentus fratrum de obſeruantia ſe recipiãt, & è conuerſo.

Quia verò abſurdum eſt,& Ordini noſtro iniurioſum,atque à Chriſtiana, & fraterna dilectione valde alienum,fratres de Obſeruantia regulari, iter agentes,ad loca dictorum reſtrictorum non accedere,ſed alio ſe recipere:& vice verſa fratres huiuſmodi ſtrictioris vitæ,tranſeuntes per ciuitatem, oppidum,ſeu caſtellum in quo Conuentus præfatorum fratrum de Obſeruantia exiſtit,ad dictos Conuentus non ire,ſed apud ſæculares,vel alibi hoſpitari, ideò à tali abſurditate, tam illi, quàm iſti deinceps omnino abſtineant. Quod ſi contra fecerint ſeuerè per ſuperiores puniantur tanquam fautores diuiſionis,rixæ atque diſcordiæ.

Fratres de Obſeruantia non irridendi nec increpandi.

Cauete igitur,ò fratres mei dilectiſsimi, ne verbis,ſignis,aut quomodolibet aliter, fratres alios de Obſeruantia irrideatis, increpetis, vel vilipendatis, quaſi vos ſoli faſtigia perfectionis attigeritis. Sed potiùs memores ſitis illius dicti Saluatoris: *Cùm hæc omnia feceritis,dicite:Serui inutiles ſumus.* Et diui Pauli dicentis: *Is qui non manducat,non manducantem non ſpernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es,qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat,aut cadit, ſtabit autem; potens eſt enim Deus ſtatuere illum.* Luc. 17. Rom. 14.

Detrahentes punienda.

Nolite ergo,fratres amãtiſsimi,*ante tempus iudicare, ſed magis vnuſquiſque veſtrum iudicet* (vt ait regula) *& deſpiciat ſemetipſum:* ſi quis ergo ex vobis inuentus fuerit,qui verbo,vel facto aliorũ Conuentuum fratribus detrahere præſumpſerit,condigna pœna plectatur à ſuperioribus, tanquam diuiſor tunicæ inconſutilis S.P. Franciſci. 1. Cor. 5.

Tribus diebus in Quadrageſima à piſcibus abſtinendum.

Item ſtatuitur,vt tempore Aduentus,& Quadrageſimæ tribus diebus cuiuſcumque hebdomadæ, videlicet die Lunæ,Mercurij & Veneris abſtineant omnino à piſcibus, niſi Guardianus cum Diſcretis diſpenſauerit.

Item

Item ordinatur, vt in ſingulis locis Recollectis, vltra ſuffragia ordinaria, quæ pro defunctis fratribus fiunt in Prouincia, ſinguli Sacerdotes dicant quinque Miſſas pro fratribus defunctis Recollectis, qui morabantur in Conuentibus Recollectis, quando ab hac luce migrarunt. Fratres verò qui non ſunt Sacerdotes, bis in hebdomada confiteantur, & ſingulis Dominicis corpus Domini deuotè recipiant.

Miſſæ, & ſuffragia pro Recollectis defunctis.

Quando cõfitendum & communicãdum.

Demum ordinationes iſtæ à cunctis fratribus ſtrictioris vitæ, perfectè ad vnguem illibatè impleantur, & ſæpè in communitate fratrum legantur, vt memoriæ magis hæreant: & tranſgreſſores illarum, ſecundùm culpæ exigentiam rigidè puniantur, licèt ex earum tranſgreſsione nullum ad peccati vinculum teneri velimus, niſi aliàs, ex diuino, vel alio præcepto ad id tenerentur.

Iſtarum ordinationũ Obſeruantia commẽdatur.

Vt autem iſta meliùs obſeruentur, & plures ad ſequendum vitam iſtam arctiorem magis excitentur, monemus omnes noſtræ Religionis Prælatos, vt totis viribus foueant, & opitulentur, ac perhumaniter tractent fratres ipſos ſtrictioris vitæ, nihil moleſtiæ eis inferant, vel ab alijs inferri patiantur: ſed eos in Domino habeant commendatos, ita vt nulli pacem turbent, aut quietem impediant.

Exhortatio ad Prælatos, vt foueant, & opitulentur fratrib⁹ Recollectis.

Nulli ergo licebit hunc viuendi modum turbare infringere, vel quouis quæſito colore immutare. Si quis autem hoc attentare prę̨ſumpſerit, ſciat ſe contra voluntatem Dei, & ſancti Patris noſtri Franciſci facturum.

Hunc viuẽdi modum turbarę, vel immutare nefas.

(∴)

Statuta generalia pro locis Terræ Sanctæ.

Eorum qui mittẽdi ſũt in Hieruſalem qualitates.

ILla ſacroſancta loca, quæ Religio noſtra diuina diſpoſitione, & miſericordia adhuc obtinet, & diligenter cuſtodit, vt qua decet ſanctitudine, & pietate colantur, maximè curandum eſt Miniſtro generali, vt illis dumtaxat fratribus facultatem ad illa accedendi tribuat, qui eius probitatis, & virtutis exẽpla præbeant, quæ eos, vel maximè decet pro inſtituto, quod Sanctè profitentur, vt ſuæ innocentię, & Chriſtianæ fidei teſtimonia mundo perhibeant ſplẽdentes in opere bono, etiam in medio nationis prauæ atque peruerſæ. Ex Salman. & Vltram. c.12.

In ſingulis nationibus pro eleemoſynis Commiſſarij, ſiue Procuratores generales inſtituendi.

Quia verò impoſsibile eſt loca ſupradicta conſeruari abſque ſubuentione eleemoſvnarũ, quæ a Chriſti fidelibus vbicumque exiſtentibus piè oferuntur, ideò ad procurandas, inquirendas, & colligendas eleemoſynas quaſcumque ad loca Sancta quouis modo pertinentes, neceſſarium cenſemus, vt in ſingulis noſtræ familię nationibus vnus Cõmiſſarius, & Procurator generalis à Miniſtro generali, ſicut mos eſt, inſtituatur de Patrum cuiuslibet nationis conſilio. Ex eiſdem, & ex vete. conſuet.

Quales eſſe debeant.

Qui quidem Commiſſarius, & Procurator ſit vita exemplari probatus, humilis, fidelis, & pius, ſolertia, & negotiorum experientia verſatus, & qui tanto muneri ſufficiat, cui ipſe Miniſter generalis facultatem neceſſariam pro eiuſdem muneris adminiſtratione concedat. Ex eiſdem.

Syndicus generalis in qualibet natione inſtituendus.

Inſtituendum etiam cenſemus ab eodem Miniſtro in Curijs, ſiue in principalibus ciuitatibus cuiuſuis nationis, vnum Syndicum generalem Apoſtolicum, cui eleemoſynæ omnes per totam nationem collectæ conſignentur, modo, & forma infra dicendo. Ex eiſdem.

In ſingulis Prouincijs

Præterea in ſingulis cuiuſuis nationis Prouincijs à Procuratore generali eiuſdem nationis religioſus Pro eiſdem in c. Gen. Seg. 162.

mus Vicecommiſſarius, ſiue ſubſtitutus (quem Diſfinitorium Prouinciale idoneum iudicauerit) inſtituatur, qui in tota Prouincia curã habeat procurandi, inquirendi, & colligendi eleemoſynas ſupradictas. Vicecõmiſſarij deſignandi.

Ex eiſdem. Omnes, & ſinguli Vicecommiſſarij, ſiue ſubſtituti ſupradicti regiſtrum, vel librũ habeant in quo eleemoſynæ omnes, quæ à fidelibus offeruntur clarè, ac diſtinctè ſcribantur, nomine cuiuslibet offerentis notato. Qui librum & regiſtrum habeant, in quo, quę notanda.

Ex eiſdem. Si quæ verò fuerint eleemoſynæ perpetuo, vel pro tempore præfixo oblatæ, vel oferendæ, ſeorſum notẽtur, & ſcribantur in libro manibus offerentium ſubſcriptæ. Eleemoſynæ perpetuæ, vel ad tẽpus ſeorſum notentur.

Ex eiſdem. Pro receptione autẽ eleemoſynarũ quaruncumque, in ſingulis locis deſignandus erit amicus ſpiritualis, pius, & deuotus, qui velit eiuſmodi eleemoſynas, tanquam Syndicus Apoſtolicus Sanctorum locorum, recipere, & fideliter ſeruare, habeatque librum, ſiue regiſtrum, in quo ſigillatim ſcribatur, & notetur quicquid receperit, cum nominibus offerentium, talis verò Syndici inſtitutio fiat, vel à Procuratore generali nationis, vel à Miniſtro illius Prouinciæ. In ſingulis locis Syndicus conſtituendus, & qualis, & à quo.

Ex eiſdem. De ſemeſtri in ſemeſtre teneantur Vicecommiſſarij, ſeu ſubſtituti prædicti, à quolibet Syndico rationem exigere eleemoſynarum, ab eo receptarum, coram Parrocho principali illius loci, à quo ratiocinia eiuſmodi ſubſcribantur in vtroque libro, Syndici videlicet, & Vicecommiſſarij. A Syndicis locorum ratiocinia exigẽda, & quomodo.

Ex eiſdem. Pecunias verò quæ computis factis repertæ fuerint in manibus Syndicorum, teneatur Vicecommiſſarius remittere, & conſignare ſine mora ad Syndicum proximioris Conuentus noſtri Ordinis, qui eas recipiat, & receptarum cautionem ſcriptam exhibeat ipſi Vicecommiſſario, qui coram Guardiano eiuſdem Conuentus memoriam talis cautionis mandet ſcripto in ſuo libro, & ſimul cum Guardiano ſubſcribat. Pecuniæ ab eiſdem Syndicis rẽceptæ apud quẽ, & quomodo conſignandæ.

Tenean-

Ad Cõmiſſarium generalem nationis eleemoſynę omnes remittendæ cautione ab eo recepta.

Teneantur etiam Vicecommiſſarij prędicti eleemoſynas omnes, quæ Syndicis, vt dictum eſt, fuerint conſignatæ, & alias quoſcumque, quomodolibet collectas, ſingulis ſemeſtribus ad Commiſſarium, & Procuratorem generalem nationis remittere, & ab eo cautionem recipere, vt conſtet de earum receptione. Ex eiſdem.

Commiſſari⁹, ſiue Procurator generalis Syndico generali eleemoſynas omnes conſignet, & quomodo.

Commiſſarius verò, ſiue Procurator generalis nationis teneatur, eleemoſynas omnes, ſibi vndequaque tranſmiſſas, & quomodocumque collectas pro eiſdem locis Sanctis, apud Syndicum generalem in eadem familia ad id conſtitutum, integrè, ac fideliter conſignare, ab eodemque cautionem exigere ſcriptam, & ſubſcriptam de omnibus, & ſingulis eleemoſynis, quas receperit, quæ quidem cautiones à Commiſſario recipiantur, & ad ratiocinia per eaſdem exigenda ſeruentur. Ex eiſdem.

Habeat librum, & registrum, & quæ in eo notanda, & quo ordine.

Quo circa, vt omnia qua decet cautela, ſimul ac claritate diſponantur, Commiſſarius, & Procurator generalis nationis habeat librum, & regiſtrum, in quo notentur, & ſcribantur omnes eleemoſynæ, à Vicecommiſſarijs prædictis tranſmiſſæ, ita vt vniuſcuiuſque habeatur ratio, ab alteris diſtincta, in eodem etiam regiſtro ſeorſum, notentur quæcumque aliæ eleemoſynę, quas aliunde Syndicus ipſe generalis receperit, & in alia eiuſdem libri parte eleemoſynæ ad loca Sancta tranſmiſſę ſcribantur, cum omnibus expenſis factis, tam in earum tranſmiſsionibus, quàm in cæteris neceſſarijs, quæ pro collectione, & adminiſtratione eleemoſynarum expendi debeant. Ex eiſdem.

Aliud regiſtrum habẽdum, & quæ in eo ſcribẽda, & quo modo.

Habeat etiam Commiſſarius, ſiue Procurator generalis cuiuſuis nationis aliud regiſtrum, in quo notentur, & ſcribantur eleemoſynæ omnes, in perpetuum erogandæ pro eiſdem Sanctis locis, & ſi quæ ſint pro tempore terminato promiſſæ ſeorſum notentur, ſingulęque à largientibus, vel offerẽtibus in eodem libro ſubſcribantur. Ex eiſdem.

Ex eiſdem. Syndicus verò generalis ſuum librum, ſiue regiſtrum ſuſcepti, & expenſi habeat, in omnibus correſpondens ipſi libro, & regiſtro Commiſſarij ſupradicto. Syndicus generalis li brũ habeat, & qualem.

Ex eiſdem. Singulis autem ſex menſibus teneatur Commiſſarius, ſiue Procurator generalis nationis, coram Patre Ordinis illius nationis, ſi fortè aderit, ſin minus coram Miniſtro illius Prouinciç, computum cum Syndico generali facere de omnibus eleemoſynis, ſibi tunc vſque conſignatis, ſecundũm ſuas met cautiones, à Commiſſario exhibendas, & de omnibus expenſis, per literas eiuſdem Commiſſarij factis, vt conſtet liquidò de quantitate, quæ apud Syndicum remanſerit. Computũ à Syndico generali quã do, corã quibus, & quo modo exigendum.

Ex eiſdem. Vt autem opportunè tranſmittantur ad Ieruſalem eleemoſynç collectæ, curabunt prædicti Commiſſarij, ſiue Procuratores generales, eas omnes conſignare Syndicis Apoſtolicis generalibus Venetijs, vel Meſſinæ conſtitutis, vel eorum cuilibet ſingulis ſex menſibus, adhibita omni cura, & diligentia, vt commodiùs quoad fieri poteſt, eiuſmodi conſignatio fiat. Quo ordine eleemoſynæ ad Ieruſalẽ tranſmittendæ.

Ex eiſdem. Teneanturque ſemper Miniſtrum generalem certiorem facere de ſumma quarumcumque eleemoſynarum, ad Syndicos eiuſmodi tranſmiſſa, vt ſibi conſtet: & ſi expedire videatur aliquem fratrem mittat, cuius cura, & ſollicitudine pecuniæ ad loca Sancta citius transferantur. De trãſmiſſis Miniſter generalis monendus.

Ex eiſdem. Etiam adinuicem ipſi Commiſſarij, ſiue Procuratores generales ſe admoneant, de eleemoſynis ad Syndicos tranſmiſsis, vt eodem tempore cçteri transmittendas curent, quas apud ſe collectas habuerint, vt ſimul, ſi poſsibile fuerit, omnes transferantur. Procuratores generales ad inuicem de trãſmiſſis ſe admoneant.

Ex eiſdem. Quia verò Commiſſarius, ſiue Procurator generalis pro natione Hiſpana inſtitutus, etiam de eleemoſynis collectis, & colligendis in omnibus Prouincijs Indiarum, tam Orientalium, quàm Occidentalium curare debet. Prçcipitur Commiſſarijs generalibus Cõmiſſarij Generales apud Indos reſidẽtes ratiõnẽ exigãt de eleemoſynis, ibidẽ.

collectis, & eas tráſmittere curét.

libus, apud Indos exiſtentes, vt à Vicecommiſſarijs ſuarum Prouinciarum, rationem ſingulis ſex menſibus exigant, & exigere faciant de omnibus eleemoſynis collectis, & eas tranſmittere curent ad Syndicum generalem Sanctorum locorum, Hiſpali reſidentem, & Commiſſarium, vel Procuratorem generalem admoneant, de quantitate tranſmiſſa.

Poterunt Viceсómiſſarios, ſiue Procuratores generales inſtituere.

Si tamen eiſdem Commiſſarijs generalibus videatur expedire, poterunt in Curijs Indiarum Vicecommiſſarios, ſiue Procuratores generales inſtituere, ad quos eleemoſynæ in ſingulis Prouincijs collectæ modo ſupradicto remittantur. Ex eiſdem.

Hiſpaniæ in Curia Regia Syndicus generalis inſtituédus.

Pro vniuerſali verò receptione omnium eleemoſynarum iſtius Hiſpanæ nationis, inſtituendus eſt à Miniſtro generali, in Curia Regis Catholici, Syndicus generalis, cui conſignentur modo ſupradicto eleemoſynæ omnes, vndequaque collectæ, & alius in ciuitate Hiſpalenſi, aliuſque in Vliſiponenſi, pro recipiendis eleemoſynis Indiarum. Ex eiſdem.

Ab eodem Syndico ratio quando & corã quibus exigenda.

A quo nimirum Syndico in Curia Regia exiſtente ſingulis ſex menſibus, Commiſſarius, ſiue Procurator generalis iſtius nationis teneatur rationem exigere, coram generali Commiſſario Ciſmontano, (ſi aderit,) ſin minus coram Commiſſario generali Indiarum, in eadem Curia reſidente, vel alio Patre Ordinis, vel eiuſdem Prouinciæ, vt ſupra cautum eſt. Ex eiſdem.

A Vicecommiſſarijs in Capitulis & cõgergrationibus Prouincialibus ratio reddéda.

Vicecommiſſarij, vel ſubſtituti prædicti teneantur, quiſque in ſua Prouincia, ad Capitulum Prouinciale, & etiam ad Congregationem Capitularem accedere, & coram Diffinitorium rationem reddere de omnibus eleemoſynis, tunc vſque ab ipſis collectis, & Commiſſario, ſiue Procuratori generali tranſmiſsis. Ex eiſdem.

Cuſtodes ad Capitulum generale deferant ſummariũ eleemoſy-

In Capitulo prætereà, ſiue in Congregatione cuiuſuis Prouinciæ, immediatè ante Capitulum generale habita, per Diffinitorium recognoſcatur liber, ſiue regiſtrum Vicecommiſſarij eiuſdem Prouinciæ, & inde fideliter extrahatur ſummariũ omniũ Ex eiſdem.

elee-

eleemoſynarum,in eadem Prouincia Collectarum, narū in qua
& ad Commiſſarium, ſiue Procuratorem genera- uis Prouincia collectarum,& qua
lem transmiſſarum,quod quidem ſummarium,ma- le.
nibus Miniſtri,& Diſcretorum Diffinitorij ſubſcri
ptum,& ſigillo Prouinciæ munitum,Cuſtodi trada-
tur,qui tenebitur illud ad Capitulum generale de-
ferre,& coram Diffinitorio generali eiuſdem fami-
liæ præſentare, vt vel ſic de omnibus eleemoſynis,
tam collectis,quàm transmiſsis, & quouis modo ex
penſis exactior ratio habeatur.

Ex eiſdem. Commiſſarij autem, ſiue Procuratores gene- Procuratores generales ad Capitulum generale adire tenentur,& etiā ad Congregationē, ſi in eadem nati one celebretur.
rales nationum, ad Capitulum generale, & etiam
ad Congregationem generalem, ſi contingat in ea
natione celebrari, adire teneantur, & ſecum libros
ſupra memoratos deferre, & coram Diffinitorio
generali præſentare, vt ratiocinia ſingulorum re
cognoſcantur, & circa eleemoſynarum earundem
adminiſtrationem,quidquid dignum animaduerſio
ne fuerit,ordinetur, & vniuſcuiuſque cura,& ſolici
tudo commendetur.

Ex eiſdem. Piaculum autem, & facinus deteſtandum cen- Pœnæ ſpeciales inimpedientes, detinentes, vſurpātes, vel defraudantes eleemoſynas.
ſentes,vt pecunia,quæ pro conſeruatione, reſtaurá-
tione, & ſubſidio Sanctorum locorum, diuinique
cultus in illis augmento, & etiam pro fratrum no
ſtrorum inibi degentium, ac peregrinorū in eorum
domibus hoſpitantium,ſuſtentatione,ac neceſsitati-
bus per Chriſti fideles erogatur, quoquomodo de-
fraudetur:ideò in virtute Spiritus Sācti per ſanctam
obedientiam, & ſub pœna excommunicationis eo
ipſo incurrenda,inhibemus omnibus,& ſingulis no-
ſtri Ordinis fratribus,ne quouis prætextu, vel quæ-
ſito colore eleemoſynas oblatas, vel offerendas pro
eiſdem Sanctis locis, impedire, detinere,vſurpare,
vel defraudare præſumant, quominus modo ſupra-
dicto,ad quos ſpectant deferantur, & conſignen-
tur.

Ex conſt. Ap.Pau.V. CæleſtisRegis,&c. Prælatis autem,etiam Generalibus, & fratribus Eleemoſynas in alios vſus cōuer
quibuſcumque, Apoſtolica ſanctione inhibetur,ne
in alios vſus,etiam eiuſdem Ordinis, eleemoſynas

ti comoda-ri, alienari, hypothecari, vel diſtrahi vetitum ſub pœnis.

prædictas conuertant, vel quibuſdam alijs perſonis cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtentibus, etiam per breui temporis ſpatium cõmodare, alienare, hypothecare, vel alijs quomodolibet diſtrahere audeant, ſub priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, necnon officiorum, quæ obtinẽt, & obtinebunt, ac inhabilitationis ad illa, & alia in poſterum conſequenda, pœnis ipſo facto incurrendis.

Neceſsitatibus Miniſtrorum ex eiſdẽ eleemoſynis prouidendum.

Commiſſarijs tamen, & Vicecommiſſarijs ſupradictis, & eorum ſocijs, qui in petendis & colligendis eleemoſynis prædictis occupantur, licebit, ex eiſdem ſibi in ſuis neceſsitatibus ſubuenire, parcè tamen, ac modeſtè, prout ſanctæ paupertatis profeſſores decet, neceſsitatem Sanctorum locorum ſemper proſpicientes. Ex ſupra citatis.

Commiſſarij pro eorum laboribus remunerandi.

Et quoniam fideliter laborantes, oportet remunerari, æquum cenſemus, ac propterea plurimum in Dño commẽdamus Prælatis, tã Generalibus, quàm Prouincialibus, curent, vt Commiſſarij, & Procuratores generales ſupradicti, etiamque Vicecommiſſarij, qui in præfatis muneribus ſubeundis, qua decet cura, ſolicitudine, ac fidelitate ſe geſſerint, in ſua quiſque Prouincia fauoribus, & honoribus opportunis, pro vniuſcuiuſque meritis afficiantur, & remunerentur. Ex eiſdem.

(❦)

Statuta

STATVTA GENERALIA, de fratribus ad Prouincias Indiarum pertinentibus.

De Commiſſario Generali Indiarum. *Cap. I.*

Ex Tolet. 1583.

CVM fratres apud Indos conſiſtentes, guber nari commodè non poſsint, ſine continuo recurſu ad Prouincias Hiſpaniarum, & ſine magnis expenſis à Catholico Rege factis, & experimento deprehenſum ſit, non poſſe Indiarum negotia commodè expediri, niſi in Curia Regis Catholici reſideat vnus probatus religioſus, qui habeat Vices Generalis Miniſtri: hinc enim neceſſariũ eſſe viſum fuit, vt vnus Commiſſarius generalis Indiarum à Reuerendiſsimo Patre Generali ex aſſenſu, & beneplacito eiuſdem Regis Catholici præficiendus in eius Curia reſideat. Commiſſarius generalis, qui in Curia Regia reſideat inſtituẽdus & quare.

Ex eiſdem.

Qui nimirum Commiſſarius Indiarum immediatè ſubditus ſit generali Miniſtro, in omnibus, & per omnia, & nulli alteri Prælato, & ſuperiori erit ſubditus, & ſubiectus. Qui immediate Miniſtro generali ſubdatur.

Ex eiſdem.

Habebit verò prædictus Commiſſarius generalis Indiarum plenitudinem poteſtatis, in omnes fratres, & ſorores, in noui orbis Prouincijs conſiſtentes, & ad illas partes quoquo modo pertinentes, & in vniuerſos fratres, qui ex Hiſpaniarum Prouincijs ſunt ad Indos tranſmittendi, & in reliquos omnes religioſos, tam ſubditos, quàm Prælatos, qui auſi fuerint, impedire fratres ad Indos proficiſci volẽtes. Habebit inquam plenitudinem poteſtatis, ad prædictos perturbatores puniendos. Eius facultas, & poteſtas qualis. & ad quos ſe extẽdat.

Ex Roma. 1587.

Generalis Indiarum Commiſſarius, in Catholicæ Maieſtatis Curia agens, quemlibet fratrem Indos petentem, ſiue ab eis reuertentem, crimini tamẽ obnoxium, præſenti ex decreto punire poſsit. Miniſtri Facultas etiam puniẽdi, & ad alias Prouincias mittendi delinquẽtes.

verò Prouinciales, ad quos fratres huiuſmodi delinquentes, à præfato generali Commiſſario remittuntur, ſiue illi fratres in eorum Prouincia, ſiue etiam apud Indos religionis habitum induerint, pro viribus curabunt, vt pœnitentia eis iniuncta adamuſsim executioni mandetur.

Sociosdumtaxat neceſſarios habeat qui Miniſtro generali, & ſibi ſint ſubditi.

Prædictus Commiſſarius generalis Indiarũ habebit tantũ ſocios neceſſarios, & nõ ſuperfluos, quos eligere poterit ad arbitriũ ſuũ ex quibuſcũq; prouincijs. Qui nimirum ſocij erunt ſubditi tantum Miniſtro generali, & Commiſſario generali Indiarum. Ex Tolet. 1583.

Commiſſarius generalis ad omnia generalia Capitula ſit Vocalis ordinarius, & tanquam Pater Ordinis in ſua familia locum habeat.

Statuitur prætereà, quòd prædictus Cõmiſſarius Indiarum, ſit Vocalis ordinarius ad omnia Capitula generalia, in quibus in omnibus electionibus, & actibus capitularibus habebit vocem, etiamq; in Cõgregationibus generalibus. Nam cum propter nimiam diſtantiã pauci fratres accedere ſoleant, ad dicta comitia generalia, neceſſariũ eſſe videtur, vt prædictus Commiſſarius, tanquam miniſter Miniſtrorũ Indiarũ, in prædictis Capitulis generalibus ſit præſens, nõ ſolùm, vt vocem habeat, ſed vt poſsit rationem reddere eorum omnium, quæ ad prædictas Prouincias pertinent. In hoc autem Ciſmontana, & Vltramõtana familia conſenſerunt in Capitulo generali Romę habito anno 1587. & D P. Sixtus V. id voluit proprio motu, prefatoque Commiſſario locum generalibus Commiſſarijs debitum aſsignauit. Ex eiſdem. & ex Rom. 1587. & ex Bul. Sixt. 5.

Sigillũ habere, & conuocare quãdo ad ipſũ ſpectet.

Quapropter in electione Vicarij, ſiue Vicecõmiſſarij generalis, deficiente in hac familia alio Patre, ex perpetuis ad ipſũ Cõmiſſariũ generalẽ Indiarũ pertinebit ſigillũ tenere, & conuocare, & etiã præſidere. Ex eiſdem.

Sine licentia Regij Senatus nõ poterit extra Hiſpaniam ſe cõferre.

Si tamen prædicta Comitia generalia ſint extra Hiſpaniam celebranda, nõn poterit prędictus Cõmiſſarius generalis Indiarum ad illa ſe conferre ſine ſpeciali licentia Regij Senatus Indiarum. Ex Tolet. 1583.

Vicecõmiſſarius qui in Hiſpalẽſi...

Decernitur, vt in Hiſpalenſi S. Franciſci Cõuentu, vnus aliquis probus pater ſuper fratres, tam Indos adeuntes, quàm ab eis redeũtes, Vicecõmiſſarius inſtituatur, quatenus, & iſtis atq; illis opportunè adſit Ex Rom. 1583. & 600.

vtro-

vtrorũq; inutiles vitet diſcurſus, nullo pacto, vt eorũ aliquis Catholicę Maieſtatis Curiã, niſi neceſſario id exigẽte negotio, accedat, cõsẽtiat, patẽtes huiuſmodi fratrũ literas examinet, ac tãdẽ quicquid ſibi à generali Indiarũ Cõmiſſario cõmiſſũ fuerit, id ſedulo, diligẽterq; exequatur. Qui tñ Vicecõmiſſarius, abſẽte generali Miniſtro à præfato generali Indiarũ Cõmiſſario eligẽdus, inſtituẽdusq; veniat, ac eidẽ ſimul cum ſocio aſſumpto, ſubiacebit, parebitque.

Conuenti reſideat inſtituendus, & eius munus.

Ex Roma. 1600.

Fratres omnes ad Indos tranſmeantes, teneantur rationem reddere Vicecommiſſario Indiarũ in Conuentu S. Franciſci Hiſpalenſi exiſtẽti, de rebus omnibus quas pro Eccleſiarũ ornatu, & ſeruitio eò deferunt (vt ſunt paramẽta, imagines, libri Scholaſtici, & pro choro deputati,) & ab illo accipiẽt teſtimoniales literas de omnibꝰ, ad Miniſtros deferẽdas, vt illis innoteſcat, quæ, quãta, & qualia à fratribus deferãtur, ſecus autem facientes proprietatis pœnis puniantur.

De quibus fratres teneãtur reddere rationem Vicecõmiſſario.

DE FRATRIBVS AD INdias tranſmittendis. Cap. II.

Ex Tolet. 1583.

CVM Regia, & Catholica Maieſtas expenſas faciat omnibus religioſis, qui ex Hiſpania ad Indos proficiſcuntur; præcipitur, vt nunquam fratres illuc mittantur, niſi cum à Regio Senatu Indiarum fuerit poſtulatum, nec maior numerus fratrum ad eoſdem Indos mittatur, quàm ſit ab eodem Senatu conſignatus.

Fratres nõ mittẽdi niſi à Regio Senatu poſtulati.

Ex eiſdem.

Et cum ſecundum regulam non ſint cogendi fratres, vt vadant, ad commorandum inter infideles, præcipitur, vt nullus frater cogatur ad Indos ire, ſed cum fuerint mittendi fratres ad partes Indiarum, Miniſter Generalis, aut eius Commiſſarius generalis, qui in Curia reſidet, eliget Commiſſarios particulares, viros probos, qui per Prouincias diſcurrant, exhortantes & excitantes fratres ad tam ſanctam, & laudabilem profectionem.

Nullus cogendus ire, ſed Cõmiſſarij inſtituendi, vt fratres hortẽtur, & excitent.

Nullus

Commiſſarij literas ſuæ cõmiſſionis Miniſtris notificare tenentur, & numerum fratrum nõ excedant.

Nullus Commiſſarius pro mittendis fratribus ad Indos deſignatus poſsit ſuum munus exercere, niſi priùs per ſe, vel per alium Prouincialem Miniſtrum ſuarum literarum & commiſsionis certum fiat: ſecus facientes pœna priuationis ab officio Commiſſarij puniantur. Inſuper præcipitur, ne poſsint excedere numerum Religioſorum in ſua commiſsione præfixum. Ex Valliſolet. 1593.

Nullus admittendus ſine probatione Miniſtri, & alterius Patris ejuſdẽ Prouinciæ.

Vt autem idonei Religioſi mittantur ad Indos, qui eos, vita, exemplo, & doctrina valeant erudire, Commiſſarijs ſtrictè præcipitur, vt nullum mittendum admittant, niſi per Miniſtrum Prouincialem, & vnum ex Diffinitoribus eiuſdem Prouinciæ, vel per vnum Patrem, ſimul cum altero Prouinciæ Diſcreto fuerit probatus cum teſtimonio laudabili ſcripto & ſubſcripto ab eiſdem Ex victorian. 1596.

Qui pro approbatis habendi.

Declaratur tamen, quòd illi, qui in tabulis Capitularibus probati extiterint, pro approbatis habeantur, niſi aliqua poſteà ſui honoris publica nota maculati fuerint. Ex Rom. a 600.

Pro approbandis exhortatio.

Prouincialibus verò Patribus & Diſcretis Prouinciarum præcipimus, vt in re tanti momenti fideles ſe exhibeant, nullum probantes, vt ad Indos trãſmittatur, qui non ſit moribus & vita debitè ornatus. Ex Victorian.

Pœnitentia mulctatus, vel mulctãdus nõ poſſunt admitti.

Atque ideò ſi forſam aliquis frater fuerit ob ſua demerita pœnitentia mulctatus, nullo modo talis poterit ad Indos deſtinari: idemque faciendum erit de quocumque fratre, qui crimen aliquod commiſerit, propter quod à ſuo Prælato eſt breuiter puniendus: nam iniquum videtur omnino, vt prætextu quòd fratres volũt ire ad Indos, crimina maneãt impunita. Ex Tolet. 1583.

A Cõmiſſario generali nulli facultas eundi concedatur.

Prædictus tamen Commiſſarius generalis non poterit per ſe ipſum præſtare facultatem alicui fratri particulari ad Indos tranſmigrandi, ſed omnes mittendos fratres prædicti Commiſſarij particulares conſignabunt. Ex eiſdem.

Cõmiſſarij nõ poſſint Cõfeſſores, nec Prædicatores inſtituere.

Prædicti Commiſſarij non poterunt Confeſſores, nec Prædicatores inſtituere, nec ad Ordines ſacros promouere. Ex eiſdem.

Exhor-

Ex eiſdem. Exhortamur verò vniuerſos fratres & Prælatos, & ad maius meritum præcipimus per obedientiam, vt nullo pacto impediant volentes ire ad partes Indiarum: immò exhortamur, vt omnem fauorem impendant dictis Commiſſarijs, qui per Prouincias diſcurrunt. Volẽtes ire à nemine impediẽdi.

Ex eiſdem. Verùm quia interdum contingit, quòd poſtquam fratres ſunt à ſuis Conuentibus egreſsi, vt iter ad partes Indiarum arripiant temerè, & abſque rationabili cauſa, ab incepto opere deficiunt, præcipitur, vt prædicti fratres retro reſpicientes per quinquennium ſint ipſo facto actibus legitimis priuati, & omnino cogantur, vt expenſæ, quas pro itinere receperunt, ex pecunijs Regijs integræ reddantur. Pœnæ temerè reuertentibus ſubeundæ.

Ex eiſdem. Rurſus ſtatuitur, vt fratres, qui ex Hiſpania ſunt pro certa aliqua Prouincia Indiarum electi, nõ poſſint vllo pacto à Prælatis ordinarijs, qui ſunt in Prouincijs noui Orbis, ad alias Prouincias deſtinari ſed recto itinere, nullo præſtito impedimento, ad partes ad quas deſignantur, perueniant. Pro vna Prouincia electi non poſsint ad aliam deſtinari.

Ex eiſdem. Nullus Religioſus, qui ſemel de nouo Orbe venerit, poſsit iterum ad Indos remeare, niſi fuerit à Prælatis ob negotia Indiarum expedienda ad Hiſpaniam tranſmiſſus. Nemini venienti remeandũ, niſi, &c.

Ex eiſdem. Præcipimus rurſus, vt nec in Prouincia Canariæ, nec in inſula Sancti Dominici, nec in Cõuẽtu Carthaginenſi Terræ firmæ poſsint fratres, ad alias partes Indiarum euntes, detineri per Prælatos illarum Regionum, omni fraude ceſſante, oppoſitum facientes, ſint ſuis officijs priuati. Euntes nullibi detinẽdi.

DE COMMISSARIIS GEneralibus apud Indos reſidentibus. Cap. III.

Ex eiſdem. ET quia nimia illarum partium diſtantia impedimentum præſtat, ne occurrentia negotia poſſint à Generali miniſtro, vel eius Commiſſario genera- Duo Commiſſarij generales inſtituendi, qui apud Indos reſideãt.

nerali in Curia reſidéte expediri, vel abſolui, ſtatuitur, vt duo Cómiſſarij generales ſéper reſideant in illis partibus, vnus, pro Prouincijs nouæ Hiſpaniæ: alter verò in Prouincijs del Pirù. Iſti verò Cómiſſarij erunt conſtituendi per Miniſtrum generalem.

Eorum facultas & poteſtas qualis & qualiter eiſdem ab omnib' parendum.

Ne fortè aliquis ignorantiā prætēdere poſsit, præſenti ſtatuto declaratur, nihil penitus generalibus Cōmiſſarijs ad Indos deſtinatis in partibus Orientalibus & Occidētalibus ad plenā ſufficiētemque auctoritatem, qua ſubditis ſibi fratribus imperare poſsint, deeſſe: idque ex patētibus literis ſibi datis ſatis ſuperque cōſtat. Quāobrē quotquot huiuſmodi Cōmiſſarijs, tamquam legitimis Prælatis à Generali miniſtro miſsis minimè paruerint, hi omnes excommunicationis pœnæ obnoxij, atque tum à quouis officio, & legitimis actibus priuationi ſubditi, præſenti ſtatuto declarantur. A quibus tamen cenſuris & pœnis nullus, niſi ex ſummi Pontificis auctoritate abſolui poteſt, vt conſtitutione Apoſtolica cautum eſt.

Ex Rom. 1587. Ex conſt. Greg. 13. Quoniam noſtro, &c.

Durare debent in ſuis officijs vſque ad nouorū Commiſſariorū aduentum.

Commiſſarij autem generales prædicti in Indijs Occidentalibus, & etiam Orientalibus à Miniſtro generali miſsi in ſuis officijs debent perdurare, ipſarumque partium fratres & Religioſi noſtri Ordinis quicumque obedientiam & reuerentiam eiſdem exhibere debent vſque ad nouorum Commiſſariorū ad illas partes aduentum, prout decreto Apoſtolico eſt declaratum, non obſtante vacatura quacumque Miniſtri generalis, à quo fuerunt electi, ſiue per ſexennium tranſactum, ſiue per mortem, vel ob aliam cauſam.

Ex Bulla Gregor. XIIII. Religioſorum &c.

Quales ſint in Cōmiſſarios eligendi, & quib' gaudere debeāt priuilegijs.

Decernitur præterea, vt nullus frater commiſſarius generalis ad illas partes mittatur, qui in ſua Prouincia non priùs fuerit functus, ad minus, Diffinitoris officio, vel lector iubilatus exiſtat: & qui hac lege & conditione per trium annorum ſpatium prædictum Commiſſariatus generalis officium laudabiliter, ac cum ſuperiorum approbatione & ſatisfactione exercuerit, ad propriam poſtmodum reuerſus

Ex Victor. 1596.

Pro.

Prouinciam, illis præmijs, priuilegijs, ac præeminentijs potiatur, quibus vtuntur, & fruuntur, qui ibidem olim fuerunt Prouinciales.

Ex Roma. 1600. Commiſſarij Generales in partibus Indiarum exiſtentes, omnibus Prouincialibus Capitulis præſint, & Cœnobia maiora viſitent, & à Curia ſe ſequeſtrent, vt aliorum Conuentuum indigentijs faciliùs conſulere valeant. Omnibus Capitulis præſideant, maiora Cœnobia viſitẽt, & à Curia ſe ſequeſtrent.

Ex eiſdem. Prohibetur eiſdem Commiſſarijs generalibus in ſtatutis Prouinciarum diſpenſare ſine Prouincialiũ, & Diffinitorum conſenſu. In ſtatutis ne diſpenſent.

Ex eiſdem. Ordinatur eiſdem Cõmiſſarijs, ne in nouitiorum ad habitum receptioné, nec in incorporationibus fratrum, ſe intromittant: ſed Miniſtris, & Diffinitoribus, eas libere relinquant, quod ſi aliter incorporatio aliqua facta fuerit, minimè teneat. Nec in nouitiorũ receptione, nec in fratrum incorporatione ſe ingerãt.

Ex eiſdem. Prohibetur Generalibus Commiſſarijs, literas teſtimoniales petere à fratribus pro optima ſuorum officiorum adminiſtratione, ne aliquid iuri diſſonum inde ſequatur. Nec literas teſtimoniales à promouendis petant.

Ex Roma. 1612. Commiſſarij generales ad partes Indiarum miſsi, non ſe intermiſceant cognitioni cauſarum in prima inſtantia, ſed relinquant Miniſtris Prouincialibus, vt de ipſis cognoſcant, niſi manifeſtè conſtiterit, Miniſtrum Prouincialem procedere cum aperta affectione, vel magna paſsione. Nec in prima inſtãtia cauſarum ſe intromittant.

Ex Roma. 1612. Commiſſarii generales, aut Miniſtri Prouinciales, nullatenus ſe in poſterum intromittãt, in diſpoſitione eleemoſynæ, quã Rex Catholicus ſingulis annis largitur pro reedificatione, vel ſuſtentatione Cõuentuum, ſed Guardiani cum Syndicis illam recipiant, & expendant, exigant tamen exactiſsimum computum, an expendatur in ijs, quæ Rex Catholicus intendit, & qui repertus fuerit infidelis, ſeuerè puniatur, & priuetur oficio. In eleemoſynis regalibus null. Prælatus ſuperior ſe intromittat, niſi pro cõputis certã exigendis.

Ex Roma. 1600. & 1612. Itẽ decernitur, vt ſocij Cõmiſſariorum prędictorũ non eligantur in Prouinciales, neq; in Guardianos quouis prætextu, vel colore, eorumque electio ſi facta fuerit, irrita, & nulla cenſeatur. Socij Commiſſariorũ, non promouẽdi ad Prælaturas.

Commiſſarijs ſine licentia non recedendũ.

Præcipitur verò, vt prædicti Commiſſarij nõ poſſint ab illis partibus recedere ſine expreſſa licentia generalis Miniſtri, aut ſui Commiſſarij generalis Indiarum, ſed teneantur expectare viſitationem inibi de ſuis officijs, & perſonis faciendam. Ex Tolet. 1583.

Nec vni loco ſiſtendũ.

Statuitur præterea, vt Commiſſarij præfati non ſemper hæreant vnico loco, & Prouinciæ, ſed per omnes Prouincias ſui diſtricti circumeant, viſitent, moneant, & corrigant, & Paſtorale officiũ, vultum pecorum inſpiciendo, exerceant. Ex eiſdem.

Si mori contigerit quis præficiendus.

Si verò contigerit quod Commiſſarii prædicti moriantur, interim quod prouidetur tenebit ſigillum, & ſcripturas Miniſter Prouinciæ in qua mori contigerit, qui abſoluet negotia occurentia, & habebit plenitudinem poteſtatis, quam habebat Commiſſarius defunctus. Ex eiſdem.

Præficiendi facultas limitatur.

Non tamen poterit ſe intromittere in regimine particulari Prouinciarum, nec quidquam in eiſdem innouare, neq; decidere ſine cõſilio, & conſenſu maioris partis Diffinitorij eiuſdem Prouinciæ, in qua aliquid determinare contigerit, quod autem ſecus decreuerit irritum, & inane cenſeatur. Ex c. Gen. Segouienſ. 1621.

De rebus defuncti diſponere non liceat, ſed omnia inuentario tradenda, & quomodo.

Neque licebit tali Miniſtro de rebus quas Commiſſarius defunctus habebat cuiuſcumque qualitatis & valoris ſint diſponere, ſed ea omnia ab ipſo relicta ſimul cum regiſtris, & ſcripturis ſui officij coram Guardiano Conuentus in quo deceſſerit, & Secretario ſocio eiuſdem defuncti teneatur Miniſter prædictus ſcripto mandare, & inuentarium omnium authẽticum ipſorum manibus ſubſcriptum ad Miniſtrum Generalem, vel ad eius Commiſſarium Generalem, cumprimùm opportunitas occurrerit, remittere, eos certiores faciens de obitu dicti Commiſſarij. Ex eiſdem, & ex Tole.

Deficiente Miniſtro, Commiſſarius Prouinciæ ſufficiẽdus.

Si tamen illa Prouincia in qua mori contigerit Commiſſarius Generalis careat Miniſtro Prouinciali, Commiſſarius illius Prouinciæ exercebit officium prędicti Commiſſarij generalis modo ſupra dicto. Ex Tol. eiſdem.

De

DE FRATRIBVS AB INdijs venientibus. Cap. IIII.

Ex eiſdem. QVando fratres, apud Indos cóſiſtentes, ſunt ad Hiſpaniam mittendi: teneantur Commiſſarij generales illarũ partium, reſpectiuè, vnum fratrem Commiſſarium mittere, qui præſit reliquis omnibus fratribus, quo vſque ad Conuentum Hiſpalenſem acceſſerint: ſed cum ad Inſulam de la Hauana peruenerint, Guardianus illius loci, omnibus religioſis forenſibus præſidebit, quandiu ibidem moram traxerint. Cum fratribus ad Hiſpaniá venié tibus Commiſſarius mittendus, qui Guardiano Hauanæ ſubijciantur.

Ex eiſdem. Verùm, ſi venientes fratres, in noui Orbis Prouincijs habitum religionis induerunt, & non ſunt ad illas partes reuerſuri, Commiſſarius generalis Indiarum in Curia reſidens poterit illos ad quas maluerit Prouincias deſtinare: quæ nimirum Prouinciæ tenebuntur illos fratres recipere, ne occaſio vagandi tribuatur: ſed quantum attinet ad prædictorum fratrum incorporationem obſeruabitur conſtitutio generalis de hac re condita. Qui apud Indos ſunt profeſsi ad quamlibet Prouinciam poſſunt deſtinari.

Ex eiſdem. Ac ſi fratres erunt de illis, qui olim ex Hiſpania ſunt tranſmiſsi, Prouincia, ex qua fuerunt aſſumpti, tenebitur prædictos fratres recipere. Decernimus tamen, vt ſi prædicti fratres fuerint reuerſi, ante decennium in illis partibus expletum, per quadriennium careant voce actiua, & paſsiua, in omnibus electionibus. Si ex Hiſpania trãſmiſſi, à propria Prouincia recipiendi, & eorum pœna qui ante decenniũ reuertũtur.

Ex eiſdem. Si verò ob aliqua demerita, iſti fratres fuerint ab Indijs reiecti, eorum ſuperiores teneantur certiorem facere Commiſſarium Generalem Indiarum de illius fratris defectu: prohibentes, vt de cætero fratres incorrigibiles, & ſcandaloſi nó mittantur in Hiſpaniam, maximè, ſi apud illos habitum ſumpſerunt, intelligimus ſiquidem hoc eſſe valde pernitioſum, dum enim ſuam intendunt purgare Prouinciam vniuerſam inficiunt religionem. De demeritis venientium Commiſſ. gener. admonendus, nulli ſcandaloſi mittendi in Hiſpaniam.

Nulla negotia ſine licētia tractanda.

Si veniētes fratres habuerint negotia ad Prouincias illarum partium ſpectantia, præcipimus nullo pacto poſsint apud Regē Catholicum, nec eius Senatum, nec in aliquo tribūnali negotia prædicta proponere, ſine licentia Miniſtri generalis, vel eius Cōmiſſarij generalis Indiarum in Curia reſidentis. Ex eiſdem.

Relegatus Commiſſa. gen. ſe præſentet.

Si quis propter aliqua delicta exilij pœna puniatur, teneatur præſentari Commiſſario generali in Curia Regia commoranti, qui poſsit eum deſtinare ad quamcumque Prouinciam, Ex Valliſol. 1593.

DE FRATRIBVS RESIdentibus in Prouincijs Noui Orbis. Cap. V.

Statuta generalia ſeruanda.

FRatres tā Prælati, quàm ſubditi in nouo Orbe habitantes obſeruare teneantur omnes conſtitutiones generales Barchinonēſes, in Capitulo generali Toletano recognitas, & in præſēti diſcuſſas, & probatas, in omnibus, quæ nō ſunt cōtraria his cōſtitutionibus pro fratribus Indiarum conſtitutis. Ex Toleti. 1583.

Factiones inter fratres, & differentiæ exterminantur.

Itē, vt factiones inter fratres ab Hiſpania oriūdos, & apud Indos natos, qui vulgari vocabulo appellantur *Criollos*, & illos qui ex Hiſpania ad illas Prouincias ſunt miſsi, penitus deleātur. Omnes & ſingulæ cōſtitutiones, etiā antiqua cōſuetudine firmatæ, quæ aliquā inter hos differētiā aſsignāt, caſſantur, & anullantur, tam pro receptione habitus, quàm pro electione ad quæcumq; officia Ordinis, ſiue ſint oneris, ſiue honoris: & ex omnibus quos eadem fides, & religio verè fecit eſſe germanos, nullo ad locum vbi nati ſunt habito reſpectu, digniores æqualiter eligantur, recipiantur, & promoueantur. Ex Toleti. 1606.

Inquiſitiones Hiſpanorum nouitiorū quomodo faciēdæ.

Pro Hiſpanis recipiēdis, vt cōſtare poſsit de requiſitis ſecundū noſtra ſtatuta, & Pōtificū decreta, fiat inquiſitio per teſtes ibi cōmorātes, quod ſi ibi non adſint, adhibeatur fides teſtimonijs, quę detulerūt, cūad Indos trāſmigrarūt noſtrū Ordinē ingredi cupiētes. Ex Valliſol. 1593.

Quo verò ad alia, quæ literaturæ cōpetentiā cæteraſque

Ex Roma. 1587.

raſque conditiones ad huiuſmodi admiſsionẽ neceſſarias concernũt, generalia Ordinis ſtatuta ſeruētur.

In cæteris ſtatuta generalia ſeruentur.

Ex Tolet. 1583.

Quoniam indecens omnino eſſe videtur noſtræ regulæ, vt ſtipendia annualia, quæ Catholica Maieſtas fratribus in doctrinis reſidentibus cõferre ſolet, ſumãtur, prohibemus, vt prædictos annuos redditus fratres non recipiant, cum ex oblatis, & conſuetis eleemoſynis commodè valeant ſuſtentari.

Stipẽdia annualia non recipiãtur.

Ex eiſdem.

Syndici in poſterum non poſsint per Guardianos inſtitui, ſed per ſolum Miniſtrum Prouincialem, vel Commiſſarios generales præuia informatione Conuentus, quod is qui erit inſtituendus, ſit magis idoneus, & expediens, quàm quicumque alius.

Syndici à Miniſtro, vel Cõmiſſario generali inſtituẽdi.

Ex eiſdem.

Inſuper prohibetur, ne in quotidianis oblationibus, quæ pro reſponſis defunctorum, & alijs officijs offeruntur, poſsint fratres aurum, vel argentũ recipere, & ſecus facientes, eadem pœna plectantur, ac ſi denarios, vel pecunias recepiſſent.

Aurum, vel argentum, nec pro defunctoruſuf fragijs recipiendum.

Ex eiſdem.

Prætereà nullus prædicator, ob ſuæ prædicationis laborem poſsit in ſuas cõmoditates, & neceſsitates conuertere, vel cõ ſtipendia prædictæ prædicationis conſumere ſine ſui Prælati expreſſa licentia, cæteris conditionibus iuxta regulæ noſtræ exigentiã cõcurrẽtibus, aliter faciens, vt proprietarius plectatur.

Prædicationis ſtipẽdia qualiter diſpenſanda.

Ex Roman. 1600.

Prohibetur ſtrictè fratribus ab Indijs Hiſpaniã verſus petentibus, ne auro, argento, lapidibus pretioſis alijs vedonis, etiam pietatis cauſa, ſe onerent, & contrarium facientes pœna proprietatis plectantur.

Aurum, vel argentum, &c. transferre nefas.

Ex Tolet. 1583.

Et quia ad exactam omnium Prouinciarum in Nouo Orbe exiſtentium gubernationem maximè expedire videtur, vt Miniſter Generalis, & eius Commiſſarius in Curia reſidens, plenam habeat notitiam de ſtatu, & regimine omnium Prouinciarum, ordinatur, vt ſinguli Prouinciales mittant tabulas omnium officiorum, & ordinationum, quæ in quibuſcumque Capitulis peraguntur, & numerum cunctorum fratrum, & denique omnia, quæ ſcitu digna viſa fuerint, ad prędictos ſuperiores referentur.

Quæ Miniſtro, vel ei᾿ Commiſſa. generali à Miniſtris transmittẽda.

Item,

Quæ item à Commiſſarijs.

Itemque præcipimus Commiſſarijs in illis partibus exiſtentibus, vt hoc idem faciant ſingulis annis, reddentes rationem eorum, quæ præcipua videbuntur de progreſſu Religionis Chriſtianę, & Fidei exaltatione, & noſtri Ordinis proſperitate & honore. Ex eiſdem.

Delationes & depoſitiones extra Religionē fieri vetitum.

Et quoniam experientia certa cognouimus, Religionem noſtram magnam incurrere iacturam ex delationibus (quæ paſsim fiunt à fratribus Indiarū apud ſæculares) ſtatuitur, vt ſi quis Religioſus fuerit cōuictus criminationem aliquam, vel depoſitionem in tribunali aliquo extra Religionem feciſſe, vt infamis puniatur, & habeatur. Ex eiſdem.

Nemo prætextu criminationis futuræ ab officijs excludatur.

Omnino interdicitur, ne prætextu cauſæ in iudicium deducendæ aduerſus aliquem fratrem, eum ab officijs honoris ſequeſtrent ſuperiores, maximè, ſi aliàs dignus ſit honore. Ex Rom. 1600.

Miniſtros recuſantiū pœnæ.

Fratres omnes ſuos ſuperiores Miniſtros pro ſuſpecti s recuſantes in ſuis cauſis agendis, carceribus mancipentur, & vt ſeductores à Prouincia exilio condemnentur, niſi cauſa iuſta id exegerit. Ex eiſdem.

In duabus Prouincijs incorporatus nō ante quinqueniū in tertia incorporādus.

Quoniam paſsim non modica incommoda eueniunt ex inquietis fratribus, qui de vna in aliam Prouinciam vagantur. Statuitur, vt qui in duabus Prouincijs Indiarum fuerit incorporatus, ſi ad tertiam migrare contenderit, nullatenus valeat incorporari, niſi poſt quinquennium expletum. Ex Tolet. 1583.

In incorporatione ſtatuta generalia ſeruāda.

Qui apud Indos ex vna in aliam Prouinciā transferuntur, vt incorporentur, in eorum incorporatione debent inuiolatè ſeruari ſtatuta Barchinonenſia Toleti recognita, & modò Segobiæ renouata. Ex Valliſol. 1593.

Sine vtriuſque Miniſtri conſenſu ex vna in aliā prouinciam ſe transferentis pœna, & Miniſtri recipientis.

Nullus ex vna in aliam Prouinciam transferatur, niſi de conſenſu vtriuſque Miniſtri: & ſi aliter aliquis frater receptus fuerit, Miniſter qui illum recepit, priuationi ſui officij ſuccumbat, & frater receptus, tamquam ſpurius Prouinciæ reputetur, & incorporationi, & officijs Ordinis ſubeundis inutilis habeatur. Ex Rom. 1600.

Deſtinati

Fratres ad Indos transfretantes ſub Commiſſarij alicuius obediētia, & ad deſtinatam Prouinciam, Ex eiſdem.

ſi in

ſi in aliam ſe converterint, apoſtaſiæ pœna plectan tur, & ſtatim ad eam remittantur Prouinciam, ad quam fuerant deſtinati. Quòd ſi miniſtri, aut Guardiani ſecus aliquando fecerint, priuationis ſuorum officiorum pœnæ ſubiaceant. — ad vnā Prouinciā in aliam ſe cōuertentes, qua pœna puniēdi, & Prælati id permittentes.

Ex Rom. 1587. Poterit nihilominus generalis Commiſſarius apud Indos agens, ſi id neceſſarium fuerit viſum, fratres ſibi ſubditos de Prouincia in Prouinciam transferre, dummodò in eorum incorporatione nullatenus ſe intromittat, vt ſupra cautum eſt. — Cōmiſſarijs licet, Fratres de Prouincia in Prouinciā transferre.

Ex Eiſdem. Quicumque fratrum in Nouæ Hiſpaniæ Prouincijs ab eis ad Recollectos, ſiue Diſcalciatos tranſierit, poſtmodumque eos deſeruerit, eam Prouinciā, ex qua primo exiuit, repetere teneantur: ſi verò ſub hoc prætextu in Hiſpaniam ſe contulerit, vt apoſtata habeatur, puniaturque. — Ad Recollectos, vel Diſcalciatos trāſeuntibus, ſi receſſerint, quid faciendum.

Ex Tolet. 1583. Verùm cùm ex regula teneantur Miniſtri, & Cuſtodes ad Capitulum generale cōuenire, in quo Miniſtri generalis electio facienda erit, niſi fuerint ſufficienter impediti præcipitur, vt eligantur in ſingulis Prouincijs Cuſtodes ad Capitulum prædictum tranſmittendi, qui præciſè tenentur ad prædictum Capitulum accedere ſi verò venire, & adeſſe prætermittant, per quinquennium expletum ſint officijs Ordinis priuati. — Cuſtodes eligēdi, qui ad Capitulū generale accedere tenentur.

Ex Rom. 1600. Diffinitores actuales Prouinciarum nullo modo eligantur Cuſtodes pro generali Capitulo immediatè futuro — Diffinitor nō eligatur in Cuſtodē.

Ex eiſdem. & ex Rom. 1600. At verò Miniſtri Prouinciales ob nimiam diſtantiam pro excuſatis habeantur: renouatur tamen ſtatutum Toloſanum, quod Vocales Indiarum non teneantur accedere ad congregationes generales. — Miniſtri eximuntur à Capitulo generali, & Cuſtodes à congregat.

Ex cap. 9. Sego. Ordinatur prætereà, vt ſi contingat, aliquē Commiſſariū loco Miniſtri ad Capitulum generale mitti, ſit ex actualiter commorantibus in eadem Prouincia: & idem iudicium ſit de Cuſtodibus, ita vt nullus eligatur, qui ſit extra Prouinciam. — Non eligēdi in Vocales ad Cap. gene. extra Prouinciam degentes.

Ex eiſdem Rom. Præcipitur ſtrictè Prouincialibus Miniſtris, vt de eleemoſynis cuſtodibus ad generale Capitulum acceden — De eleemoſynis cuſto.

ceden

dibus elargitis ratio exigenda.

cedentibus elargitis rationem exactam & diſtinctã quærant, vt in omnibus tutiſsimè incedatur.

Custodes voce actiua & paſsiua in proximo Capitulo gaudeant.

Conceditur Cuſtodibus venientibus ad noſtra Comitia generalia, vt in proximo Prouinciali Capitulo voce actiua & paſsiua gaudeant. Ex Valliſolet. 1593.

Nullus Cõmiſſarius in Prouincia Miniſtro exiſtẽte maneat.

Vt Miniſtri, cùm in ſuis Prouincijs extiterint, liberè ſuum munus exequi poſsint, nullus ibi alius Commiſſarius maneat. Ex eiſdem.

Grauiſsimis de cauſis licet Miniſtris fratrem ad Curiam Regiã mittere.

Conceditur Prouincialibus Miniſtris, vt pro publicis & grauiſsimis cauſis de conſilio Diffinitorij vnum, vel alterum fratres ad Regiam curiam mittere valeant, rationem reddituros ſuperioribus Prælatis de Prouinciarum ſtatu, & neceſsitatibus, vt melius & faciliùs remedium adhibeatur. Ex Rom. 1600. & 1612.

Negotia nulla ſæculari cõmittenda.

Ad hæc ſtatuitur, vt nullus frater, aut Prælatus commendet negotia, vel propria, vel ad Ordinem pertinentia alicui ſæculari, ſed omnia prædicta negotia committantur Commiſſario generali in Curia Regia reſidenti. Ex Tolet. 1583.

Diffinitorũ poſſint Miniſtri conuocare.

Habeant etiam Miniſtri Prouinciales facultatem conuocandi Diffinitores, quando ipſis videbitur, expedire abſque licentia Commiſſariorum generaliũ, vt moris eſt in Prouincijs Hiſpaniæ. Hoc autem non intelligatur ad Capitula intermedia, ſiue congregationem Capitularem, quam nolumus, vel ſine licentia, vel ſine præſentia Commiſſariorum generalium celebrari. Ex Rom. 1612.

Patres Prouinciæ in Indijs admittuntur.

In Prouincijs Indiarum, ſicut in Prouincijs Hiſpaniæ, & totius familiæ admittuntur Patres Prouinciæ, quos volumus gaudere eiſdem priuilegijs, & exemptionibus. Ex eiſdem.

Doctrinæ iuxta Regium beneplacitum.

Quia verò de doctrinis à fratribus retinendis, ſiue reijciendis ſæpè cõtrouerſum fuit, nec id Regia Maieſtate, eiuſque Conſilio inconſultis commode diffiniri poteſt. Et quia etiam Indi de nouo ad fidem conuerſi Miniſtris, qui ſibi in ſpiritualibus opportunè adſint ſũmoperè egẽt, ſtatuitur, & decernitur, vt noſtri fratres huiuſmodi doctrinas retineãt, illiſque inuigilet iuxta Catholicæ Maieſtatis beneplacitum. Ex Rom. 1587.

Ex Rom. 1612. Interea tamen in nullo loco doctrinę quantū fieri poteſt ſit aliquis ſine ſotio,& adhibeatur ſtudium, vt deputati ad docendum,& inſtruendum, ſint maiores natu,& probatæ vitæ. Quod ſi doctrinarum loca fuerint propè Conuentus, habitent fratres in Conuētu; niſi quando ægrotantiū neceſsitas pręſentiā poſtulauerit in loco doctrinæ, pro illo tantummodo tēpore. In doctrinis non ſint fratres ſoli, & quales ad docendū inſtituendi.

Ex Rom. 1600. Præcipitur Prouincialibus Miniſtris, vt Lectores eligant in principalioribus Conuentibus, qui linguam Indicam doceant fratres, & fratres illam addiſcant, atque ea loquantur, vt melius miniſterio naturalium vacare valeant. Lectores pro lingua Indica docenda inſtituantur.

Ex Tolet. 1606. In Prouincijs vbi ſunt Conuentus Recollectionis, omni cura curandum eſt, vt conſeruentur,& ad hoc per Miniſtros auxilium, & fauor æquo animo tribuatur, vbi autem Conuentus prædicti nō fuerint extructi, cura,& diligentia debet adhiberi, vt quàm totiùs commodè fieri potuerit, fundentur, & erigantur, prout inſtitutis Recollectis cautum eſt. Conuentus Recollectionis conſeruandi, fauēdi, & de nouo extruendi.

Ex Rom. 1612. In Conuentibus Recollectorum Indiarum ſeruentur ſtatuta generalia, in Capitulo generali intermedio Toletano tradita pro Recollectis Hiſpaniæ. Iniungit autem Capitulum generale Commiſſarijs generalibus,& Miniſtris Prouincialibus, vt magnopere faueant Conuentibus Recollectis, curentque obſeruari prædicta ſtatuta,& alia ibidem, vel alibi in fauorem Recollectionis facta. In eiſdem ſtatuta Toletana pro Recollectis ſeruanda.

Ex Tolet. 1583. Statuimus, vt nullum deinceps Monaſterium Monialium in Prouincijs Indiarum ad noſtram obedientiam recipiatur ſine licentia Capituli generalis, ſatis enim ſuo fungentur officio, ſi Verbo Dei, & ad miniſtrationi Sacramentorum, & gubernationi fratrum diligenter incumbant. Nullum Monialiū Monaſteriū recipiendum, niſi,&c.

Ex Cap. Gene. Salmāt. 1618. In Capitulo generali Salmanticæ celebrato in feſto Pentecoſtes, anno Domini 1618. tres patres Procuratores Prouinciæ S. Euangelij de Mexico, nomine,& authoritate ipſius Prouinciæ, vnus pro Patribus, qui apud Indos nati ſunt,& vulgo dicūtur Criollos, alter pro Patribus qui in Hiſpania nati ſunt,& Petitio Procuratorūſfratrū in Prouincia S. Euangelij de Mexico de gentiumcirca officiorū partitionē,

apud Indos habitum religionis acceperunt,& alter pro Patribus qui in Prouincijs Hiſpaniæ profeſsionem emiſerunt, libellum ſupplicem generali Capitulo obtulerunt,petieruntq; nomine ſuarum nationum, quatenus ipſis concederetur ternatiua in electionibus officiorum,ſequenti ordine,vt in vno Capitulo eligatur Miniſter Prouincialis,& vnus Diffinitor ex vna parte,& ex alia vnus Diffinitor,& Cuſtos,& ex alia denique parte eligantur duo Diffinitores,& in electionibus Guardianorum patribus in Hiſpania profeſsis dentur quatuordecim Guardianatus,qui & Vocales ſint. Reliqui autem Guardianatus,& Vicariæ æqualiter diuidantur inter alias duas partes:& quod,quoad fratres ad dictam Prouinciam S.Euangelij ex Prouincijs Hiſpaniæ mittendi ſunt, pro cõſeruatione pacis,& bono Prouinciæ,in primo Prouinciali Capitulo determinetur.

Conceſsio petitionis, cum obſeruationis præcepto.

Qua petitione viſa,generale Capitulum ſtatuit, vt ita obſeruetur abſq; vlla diſpenſatione, quod per ſanctam obedientiam præcipitur Patribus,& fratribus eiuſdem Prouinciæ, & Commiſſario generali in Noua Hiſpania exiſtenti & pro tempore futuro, irritumq; ſit,& inane,quidquid in contrarium fiat. Ex eodem Cap. Gene.

Quomodo executioni mandãdum decretũ in prima Miniſtri electione.

Declarat autem generale Capitulum, quod cum Prouincialis Miniſter præteritus fuerit ex patribus, qui in Hiſpania nati ſunt,& apud Indos habitum receperunt,& qui modo eſt Miniſter Prouincialis, ſit ex Prouincijs Hiſpaniæ,electio Miniſtri Prouincialis in primo futuro Capitulo debet fieri ex Patribus qui vulgo dicuntur Criollos. Ex eodem.

Miniſtro in officio decedente quis eligendus.

Item, declarat generale Capitulum, quod ſi contingit ante expletum triennium Prouincialem Miniſtrum mori,aut officio renunciare priuari, aut ad maiorem dignitatem aſſumi quocumque tempore, etiam infra menſem contingat, electio ſucceſſoris non debet fieri ex parte defuncti,ſed ex parte ſequenti,ac ſi reuera defunctus expleuiſſet triennum. Ex eodem.

De noua Prouinciarum, & Custodiarum erectione.

Ex Rom. 1600. Confirmatur erectio Prouinciæ S. Gregorij Philippinarum, fratrum Diſcalciatorum. Prouincia S. Gregor.

Ex eiſdem. Declaratur duas eſſe Prouincias diſtinctas, illam quæ Duodecim Apoſtolorum de Lima nuncupatur, & illam, quæ in Toletanis conſtitutionibus Prouincia S. Antonij Charcarum appellatur, & cum ſine ordinis facultate fuerint aliquando dictæ Prouinciæ coniunctæ, nunc de nouo diuiduntur, & ſeparantur. Prouincia Duodecim Apoſtolorum, & S. Antonij.

Ex eiſdem. Declaratur etiam Prouinciam Sanctæ Crucis, vel Caracarum in Inſula, quæ dicitur Hiſpaniola, vel Sancti Dominici, veram eſſe, & nuncupari debere Prouinciam. Prouincia S. Crucis.

Ex Tolet. 1606. Confirmatur erectio Sancti Didaci Diſcalciatorum, & Zacathecarum in Noua Hiſpania Prouinciarum. Prou. S. Didaci. Prou. Zacathecarum.

Ex eiſdem. Item Prouincia Mechoacan diuidatur in Prouincias Guadalaxaræ, ſiue Nouæ Galiciæ, & de Ialiſco. Prou. Nouę Galliciæ. Prou. de Ialiſco.

Ex Roma. 1612. Cuſtodia Floridę erigitur in Prouinciã, ſub titulo S. Elenæ, cuius Imaginem habeat pro ſigillo, & Hiſpaniæ nouæ Prouincijs annumeretur. Prou. S. Elenę.

Ex eiſdem. Confirmatur erectio Prouinciæ Sanctæ Iacobi Nouę Gallęciæ, facta in Capitulo generali Toletano, anno 1606. Confirm. Prou. Nouę Galleciæ.

Ex eiſdem. Cuſtodiæ Paraguai, & Tucuman in Regno del Piru, in vnam, eandemq; Prouinciã eriguntur ſub titulo Aſſumptionis B. Virg. Mariæ, cuius Aſſumptionis habet Imaginem pro ſigillo. Prou. Aſſumption.

Ex eiſdem. Confirmatur denuo erectio Prouinciæ de las Charcas, & perpetuum ſilentium indicitur ſatagentibus cum Prouincia Limenſe iteratam vnionem comminata pœna procuratoribus, arbitrio Reuer. P. Generalis infligenda. Confirmatio Prou. S. Anto. Charcarum.

Custodia S. Catharinæ erigitur.

Erigitur noua Custodia fluminis viridis ſub titulo, & tutela Sanctæ Catherinæ, à Prouincia Mechoacam omnino ſeparata, & Commiſſario generali Nouæ Hiſpaniæ immediate ſubiecta.

In Cap. Gen. Seg. 1621.

PRO INDIA ORIENTALI.

Erectio Prouinciæ, & Custodiæ cō firmatur cū conditionibus, & declarationibus Salmanticæ conſtitutis.

Ex Roma. 1612. & ex Salm. 1618.

IN primis confirmatur erectio Prouinciæ ſanctę Thomæ in India Orientali, & etiam confirmatur inſtitutio Cuſtodiæ Matris Dei de Malaca, fratrum Recollectorum prout in Capitulo generali Romę habito, anno Domini 1612. authoritate Apoſtolica fuit decretū, & in Salmanticenſi, anno 1618. probatum, ſeruatis tamen conditionibus, & declarationibus in eodem Capitulo Salmanticenſi conſtitutis, quæ modo probantur, & confirmantur, prout habentur in literis patentibus typis mandatis manu Reueren. P. Miniſtri generalis ſubſcriptis, & ſigillo ſui officij munitis, datis Matriti die vltima Iunij, anno Domini 1618. quæ omnia, & ſingula inuiolatè ſeruari, & ſeruanda eſſe decernimus.

Decreta Reuerendiſsimi Miniſtri generalis, item probātur, & cōfirmantur.

Ex Congr. gen. Segou. 1621.

Probantur, & confirmantur, etiam alia quędam decreta ab eodem Reueren. Patre Miniſtro generali exhibita, & ad Indiam lingua vulgari tranſmiſſa, ſuper electionem Vicecommiſſarij generalis illarū partiū, decedēte Commiſſario, ſiue infirmitate, vel alio impedimento grauato quominus poſsit officiū exercere, & ſuper nonnulla dubia quæ inergi cęperent circa eiuſdem Commiſſarij poteſtatem, & Miniſtri iuriſdictionem, quæ quidem decreta præcipimus ad vnguem obſeruari.

Poteſtas Cōmiſſarij generalis declaratur.

Ex eiſdem.

Decernentes præterea Commiſſarium generalem in India Orientali exiſtentem eandemmet poteſtatē habere in omnes fratres, & Cōuentus noſtri Ordinis ibidem commorantes, quam habent Cōmiſſarij generales Indiarum Occidentalium, eandemq;

in ſuo munere durationem: proptereàque ſimili modo ei omnes fratres parere debent, prout ſupra decretum eſt.

Teneatur autem Commiſſarius generalis prædictus in India Orientali expectare aduentum noui Commiſſarij generalis, qui ſuam viſitationem, & Syndicationem recipiat.

Ex eiſdem. Commiſſarius generalis prædictus ſi poſt triennium ſui muneris laudabiliter expletum voluerit in India Orientali permanere, ſit Pater Diſcretus, & Diffinitor perpetuus Prouinciæ, & Cuſtodię, & inter earum Patres primum locum teneat, vt decretis Reuerendiſsimi continetur. Eiuſdem Cõmiſſarij priuilegia ſi ibidem remanſerit.

Ex eiſdem. Si verò ad propriam Prouinciam voluerit remeare, & in ea fuit anteà Diffinitor, inter Patres eiuſdem Prouincię connumeretur, vt ſupra dictum eſt de ijs, qui in Indijs Occidentalibus Commiſſarij generalis officio functi ſunt: ſi verò Diffinitor non fuit inter eos, qui hoc munere functi fuerint, ſeruata habitus antiquitate, præcedentiam obtineat. Si ad propriã remeauerit Prouinciã, itẽ.

Ex Salmãt. 1618. In omni Capitulo Prouinciali eligatur ſimul cum Diffinitoribus Cuſtos ad Capitulum generale mittendus, quo ab illis partibus diſcedente, etiam ſi contigerit interim Capitulum Prouinciale celebrari, & alium eligi, is tamen qui tranſmiſſus fuerit, verus, & legitimus Vocalis cenſeatur ad Capitulum generale proximè celebrandum. Cuſtos ad Capitulum generale trãſmittend' eligatur eius muneris duratio.

Ex eiſdem. Si tamen pro expenſis vitandis expedire videatur, poterit Cuſtos eligi ex fratribus Prouincijs Portugalliæ reſidentibus, qui per ſex annos cõmorati ſunt in eadem Prouincia, ſiue Cuſtodia. Cuſtos ex Prouincijs Portugaliæ poſsit eligi.

Ex eiſdem. Fratres qui ad Indiam Orientalem tranſmigrare voluerint, ſi in mari antequàm ad Promontorium Bonæſpei appulerint, e vita ceſſerint, pro filijs ſuarum Prouinciarum habeãtur, vt in illis ſuffragia pro defunctis fiant, & Miſſæ dicantur, quod ſi vltra dictum Promontorium obierint Prouincia Sancti Thomæ teneatur pro eis ſuffragia facere, & Miſſas dicere. Suffragia pro decadẽtibus in via à quibus ſacienda.

Pro

Statuta Vallisoletana Pro India Orientali confecta seruentur.

Ex eiſdem.

Pro fratribus verò in Prouincia, & Cuſtodia Indiæ Orientalis commorantibus, euntibus, & redeuntibus, & pro vniuerſis & ſingulis ad regimen tam perſonarum, quàm Conuentuum, & locorum concernentibus, obſeruentur ſtatuta, & decreta facta pro ipſa India Orientali in Capitulo generali Valliſoletano, anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio, quæ apud illos habentur.

Recognoſcantur in primo Capitulo. & cũ decretis excudantur.

Ex Segobien.

Præcipimus tamen, vt in primo Capitulo Prouinciali proximè celebrando, decreta & ſtatuta Valliſoletana ſupra dicta proponantur in Diſcretorio: & in Diffinitorio: & ſi quæ ſint derogata, vel his noſtris ſtatutis & decretis ſuprà dictis quouis modo contraria, deleantur; cætera verò reuiſa, & recognita ſimul cum literis patentibus, & decretis Reuerendiſsimi Miniſtri generalis, ſuprà memoratis in ordinem redacta, typis mandentur, & per omnes Conuentus, & loca obſeruanda transmittantur.

Statuta generalia obſeruanda.

Ex Segobien.

In reliquis verò ſtatuta generalia Barchinonenſia in præſenti Capitulo Segobienſi recognita, & renouata ad vnguem obſeruentur in omnibus, quæ his conſtitutionibus & decretis ſupra dictis pro India Orientali confectis non ſint contraria.

Prouinciales, ſiue Cuſtodiales ordinationes cõdi liceat.

Ex Segobien.

Licebitque tam Prouinciæ, quàm Cuſtodiæ prædictis ſuas Ordinationes Prouinciales, vel Cuſtodiales pro temporis, & Regionis exigentia in ſuis Capitulis condere, & inſtituere: de conſenſu tamen maioris partis Capituli, & approbatione maioris partis Diffinitorij, quæ valeant, & ſeruentur, in quantum ſacris Canonibus, & præſentibus ſtatutis non aduerſentur.

Miniſter Portugalliæ & in eius abſentia Guardian' Vlyſiponẽſis cõmiſſarij inſtituũtur in fra-

Ex Salmãt. 1618.

Pro negotijs illarum Prouinciæ, & Cuſtodiæ in Hiſpania expediendis, proque diſcurſibus inutilibus vitandis, Miniſter Prouincialis Prouinciæ Portugalliæ, vel in eius abſentia Guardianus ſancti Franciſci Vlyſiponenſis, erit Prælatus, & Commiſſarius cum plenitudine poteſtatis ſupra omnes fratres ex Prouincia & Cuſtodia prædictis venientes, & ſupra omnia

omnia negotia expedienda, quæ illi peruenerint tractaturi, neque poterit illos ad alias Prouincias tranſmittere, neque inconſultis Miniſtro, ſiue Commiſſario generali eos permittere à confinibus Regni Portugalliæ exire, nec vllo modo ad Curiam Regiam accedere. tres ab India venientes.

[BIBLI]OTECA NAZ. [R]OMA [VITT]. EMANUELE

FINIS STATVTORVM generalium.

Diffinitio legis, ſiue ſtatuti, ex doctrina Platonis.

Statutum, vel lex eſt vera gubernandi ratio, quæ ad finem optimum per commoda media dirigit gubernatores, obedienti præmium, tranſgredienti pœnam ſtatuens.

Ex Marſ. Phyſin. in argum. Min. & Iauell. in Pol. Plat. tract. 3. cap. 1.

IN

Quæ item à Commiſſarijs.

Itemque præcipimus Commiſſarijs in illis partibus exiſtentibus, vt hoc idem faciant ſingulis annis, reddentes rationem eorum, quæ præcipua videbuntur de progreſſu Religionis Chriſtianæ, & Fidei exaltatione, & noſtri Ordinis proſperitate & honore. Ex eiſdem.

Delationes &, depoſitiones extra Religionē fieri vetitum.

Et quoniam experientia certa cognouimus, Religionem noſtram magnam incurrere iacturam ex delationibus (quæ paſsim fiunt à fratribus Indiarū apud ſæculares) ſtatuitur, vt ſi quis Religioſus fuerit cōuictus criminationem aliquam, vel depoſitionem in tribunali aliquo extra Religionem feciſſe, vt infamis puniatur, & habeatur. Ex eiſdem.

Nemo prætextu criminationis futuræ ab officijs excludatur.

Omnino interdicitur, ne prætextu cauſæ in iudicium deducendæ aduerſus aliquem fratrem, eum ab officijs honoris ſequeſtrent ſuperiores, maximè, ſi aliàs dignus ſit honore. Ex Rom. 1600.

Miniſtros recuſantiū pœnæ.

Fratres omnes ſuos ſuperiores Miniſtros pro ſuſpectis recuſantes in ſuis cauſis agendis, carceribus mancipentur, & vt ſeductores à Prouincia exilio condemnentur, niſi cauſa iuſta id exegerit. Ex eiſdem.

In duabus Prouincijs incorporatus nō ante quinquēniū in tertia incorporādus

Quoniam paſsim non modica incommoda eueniunt ex inquietis fratribus, qui de vna in aliam Prouinciam vagantur. Statuitur, vt qui in duabus Prouincijs Indiarum fuerit incorporatus, ſi ad tertiam migrare contenderit, nullatenus valeat incorporari, niſi poſt quinquennium expletum. Ex Tolet. 1583.

In incorporatione ſtatuta generalia ſeruāda.

Qui apud Indos ex vna in aliam Prouinciā transferuntur, vt incorporentur, in eorum incorporatione debent inuiolatè ſeruari ſtatuta Barchinonenſia Toleti recognita, & modò Segobiæ renouata. Ex Vallisol. 1593.

Sine vtriuſque Miniſtri conſenſu ex vna in aliā prouinciam ſe transferentis pœna, & Miniſtri recipientis.

Nullus ex vna in aliam Prouinciam transferatur, niſi de conſenſu vtriuſque Miniſtri: & ſi aliter aliquis frater receptus fuerit, Miniſter qui illum recepit, priuationi ſui officij ſuccumbat, & frater receptus, tamquam ſpurius Prouinciæ reputetur, & incorporationi, & officijs Ordinis ſubeundis inutilis habeatur. Ex Rom. 1600.

Deſtinati

Fratres ad Indos transfretantes ſub Commiſſarij alicuius obediētia, & ad deſtinatam Prouinciam, ſi in Ex eiſdem.

ſi in aliam ſe conuerterint, apoſtaſiæ pœna plectantur, & ſtatim ad eam remittantur Prouinciam, ad quam fuerant deſtinati. Quòd ſi miniſtri, aut Guardiani ſecus aliquando fecerint, priuationis ſuorum officiorum pœnæ ſubiaceant.

Ad vnã Prouinciã in aliam ſe cõuertentes, qua pœna puniẽdi, & Prælati id permittentes.

Ex Rom. 1587. Poterit nihilominus generalis Commiſſarius apud Indos agens, ſi id neceſſarium fuerit viſum, fratres ſibi ſubditos de Prouincia in Prouinciam transferre, dummodò in eorum incorporatione nullatenus ſe intromittat, vt ſupra cautum eſt.

Cõmiſſarijs licet, fratres de Prouincia in Prouinciã transferre.

Ex Eiſdem. Quicumque fratrum in Nouæ Hiſpaniæ Prouincijs ab eis ad Recollectos, ſiue Diſcalciatos tranſierit, poſtmodumque eos deſeruerit, eam Prouinciã, ex qua primo exiuit, repetere teneantur: ſi verò ſub hoc prætextu in Hiſpaniam ſe contulerit, vt apoſtata habeatur, puniaturque.

Ad Recollectos, vel Diſcalciatos trãſeuntibus, ſi receſſerint, quid faciendum.

Ex Tolet. 1583. Verùm cùm ex regula teneantur Miniſtri, & Cuſtodes ad Capitulum generale cõuenire, in quo Miniſtri generalis electio facienda erit, niſi fuerint ſufficienter impediti præcipitur, vt eligantur in ſingulis Prouincijs Cuſtodes ad Capitulum prædictum transmittendi, qui præciſè tenentur ad prædictum Capitulum accedere ſi verò venire, & adeſſe prætermittant, per quinquennium expletum ſint officijs Ordinis priuati.

Cuſtodes eligẽdi, qui ad Capitulũ generale accedere tenentur.

Ex Rom. 1600. Diffinitores actuales Prouinciarum nullo modò eligantur Cuſtodes pro generali Capitulo immediatè futuro.

Diffinitor nõ eligatur in Cuſtodẽ.

Ex eiſdem. & ex Rom. 1600. At verò Miniſtri Prouinciales ob nimiam diſtantiam pro excuſatis habeantur: renouatur tamen ſtatutum Toloſanum, quod Vocales Indiarum non teneantur accedere ad congregationes generales.

Miniſtri eximuntur à Capitulo generali, & Cuſtodes à congregat.

Ex cap. 9. Sego. Ordinatur prætereà, vt ſi contingat, aliquẽ Commiſſariũ loco Miniſtri ad Capitulum generale mitti, ſit ex actualiter commorantibus in eadem Prouincia: & idem iudicium ſit de Cuſtodibus, ita vt nullus eligatur, qui ſit extra Prouinciam.

Non eligẽdi in Vocales ad Cap. gene. extra Prouinciam degentes.

Ex eiſdem Rom. Præcipitur ſtrictè Prouincialibus Miniſtris, vt de eleemoſynis cuſtodibus ad generale Capitulum acceden

De eleemoſynis cuſto

dibus elargitis ratio exigenda. cedentibus elargitis rationem exactam & diſtinctã quærant, vt in omnibus tutiſsimè incedatur.

Cuſtodes voce actiua & paſsiua in proximo Capitulo gaudeant. Conceditur Cuſtodibus venientibus ad noſtra Comitia generalia, vt in proximo Prouinciali Capitulo voce actiua & paſsiua gaudeant. Ex Valliſolet. 1593.

Nullus Cõmiſſarius in Prouincia Miniſtro exiſtẽte maneat. Vt Miniſtri, cùm in ſuis Prouincijs extiterint, liberè ſuum munus exequi poſsint, nullus ibi alius Commiſſarius maneat. Ex eiſdem.

Grauiſsimis de cauſis licet Miniſtris fratrem ad Curiam Regiã mittere. Conceditur Prouincialibus Miniſtris, vt pro publicis & grauiſsimis cauſis de conſilio Diffinitorij vnum, vel alterum fratres ad Regiam curiam mittere valeant, rationem reddituros ſuperioribus Prælatis de Prouinciarum ſtatu, & neceſsitatibus, vt melius & faciliùs remedium adhibeatur. Ex Rom. 1600. & 1612.

Negotia nulla ſæculari cõmittenda. Ad hæc ſtatuitur, vt nullus frater, aut Prælatus commendet negotia, vel propria, vel ad Ordinem pertinentia alicui ſæculari, ſed omnia prædicta negotia committantur Commiſſario generali in Curia Regia reſidenti. Ex Tolet. 1583.

Diffinitoriũ poſſint Miniſtri conuocare. Habeant etiam Miniſtri Prouinciales facultatem conuocandi Diffinitores, quando ipſis videbitur expedire abſque licentia Commiſſariorum generaliũ, vt moris eſt in Prouincijs Hiſpaniæ. Hoc autem non intelligatur ad Capitula intermedia, ſiue congregationem Capitularem, quam nolumus, vel ſine licentia, vel ſine præſentia Commiſſariorum generalium celebrari. Ex Rom. 1612.

Patres Prouinciæ in Indijs admittuntur. In Prouincijs Indiarum, ſicut in Prouincijs Hiſpaniæ, & totius familiæ admittuntur Patres Prouinciæ, quos volumus gaudere eiſdem priuilegijs, & exemptionibus. Ex eiſdem

Doctrinæ iuxta Regium benè placitum. Quia verò de doctrinis à fratribus retinendis, ſiue reijciendis ſæpè cõtrouerſum fuit, nec id Regia Maieſtate, eiuſque Conſilio inconſultis commodè diffiniri poteſt. Et quia etiam Indi de nouo ad fidem conuerſi Miniſtris, qui ſibi in ſpiritualibus opportunè adſint ſũmoperè egẽt, ſtatuitur, & decernitur, vt noſtri fratres huiuſmodi doctrinas retineãt, illiſque inuigilẽt iuxta Catholicæ Maieſtatis beneplacitum. Ex Rom. 1587.

In-

Ex Rom. 1612. Interea tamen in nullo loco doctrinę quantũ fieri poteſt ſit aliquis ſine ſotio, & adhibeatur ſtudium, vt deputati ad docendum, & inſtruendum, ſint maiores natu, & probatæ vitæ. Quod ſi doctrinarum loca fuerint propè Conuentus, habitent fratres in Conuẽtu; niſi quando ægrotantiũ neceſsitas pręſentiã poſtulauerit in loco doctrinæ, pro illo tantummodo tẽpore. Indoctrinis non ſint fratres ſoli, & quales ad docendũ inſtituendi.

Ex Rom. 1600. Præcipitur Prouincialibus Miniſtris, vt Lectores eligant in principalioribus Conuentibus, qui linguam Indicam doceant fratres, & fratres illam addiſcant, atque ea loquantur, vt melius miniſterio naturalium vacare valeant. Lectores pro lingua Indica docenda inſtituantur.

Ex Tolet. 1606. In Prouincijs vbi ſunt Conuentus Recollectionis, omni cura curandum eſt, vt conſeruentur, & ad hoc per Miniſtros auxilium, & fauor æquo animo tribuatur, vbi autem Conuentus prædicti nõ fuerint extructi, cura, & diligentia debet adhiberi, vt quàm totiùs commodè fieri potuerit, fundentur, & erigantur, prout inſtitutis Recollectis cautum eſt. Conuentus Recollectionis conſeruandi, fauẽdi, & de nouo extruendi.

Ex Rom. 1612. In Conuentibus Recollectorum Indiarum ſeruentur ſtatuta generalia, in Capitulo generali intermedio Toletano tradita pro Recollectis Hiſpaniæ. Iniungit autem Capitulum generale Commiſſarijs generalibus, & Miniſtris Prouincialibus, vt magnopere faueant Conuentibus Recollectis, curentque obſeruari prædicta ſtatuta, & alia ibidem, vel alibi in fauorem Recollectionis facta. In eiſdem ſtatuta Toletana pro Recollectis ſeruanda.

Ex Tolet. 1583. Statuimus, vt nullum deinceps Monaſterium Monialium in Prouincijs Indiarum ad noſtram obedientiam recipiatur ſine licentia Capituli generalis, ſatis enim ſuo fungentur officio, ſi Verbo Dei, & administrationi Sacramentorum, & gubernationi fratrum diligenter incumbant. Nullum Monialiũ Monaſteriũ recipiendum, niſi, &c.

Ex Cap. Gene. Salmãt. 1618. In Capitulo generali Salmanticæ celebrato in feſto Pentecoſtes, anno Domini 1618. tres patres Procuratores Prouinciæ S. Euangelij de Mexico, nomine, & authoritate ipſius Prouinciæ, vnus pro Patribus, qui apud Indos nati ſunt, & vulgo dicũtur Criollos, alter pro Patribus qui in Hiſpania nati ſunt, & Petitio Procuratorũ fratrũ in Prouincia S. Euangelij de Mexico degentium circa officiorũ partitionẽ

apud Indos habitum religionis acceperunt,& alter pro Patribus qui in Prouincijs Hiſpaniæ profeſſionem emiſerunt, libellum ſupplicem generali Capitulo obtulerunt,petieruntq; nomine ſuarum nationum, quatenus ipſis concederetur ternatiua in electionibus officiorum,ſequenti ordine,vt in vno Capitulo eligatur Miniſter Prouincialis,& vnus Diffinitor ex vna parte,& ex alia vnus Diffinitor,& Cuſtos,& ex alia denique parte eligantur duo Diffinitores,& in electionibus Guardianorum patribus in Hiſpania profeſſis dentur quatuordecim Guardianatus qui & Vocales ſint.Reliqui autem Guardianatus,& Vicariæ æqualiter diuidantur inter alias duas partes:& quod,quoad fratres ad dictam Prouinciam S.Euangelij ex Prouincijs Hiſpaniæ mittendi ſunt, pro cõſeruatione pacis,& bono Prouinciæ,in primo Prouinciali Capitulo determinetur.

Conceſsio petitionis, cum obſeruationis præcepto.

Qua petitione viſa,generale Capitulum ſtatuit, vt ita obſeruetur abſq; vlla diſpenſatione, quod per ſanctam obedientiam præcipitur Patribus,& fratribus eiuſdem Prouinciæ, & Commiſſario generali in Noua Hiſpania exiſtenti,& pro tempore futuro, irritumq; ſit,& inane,quidquid in contrarium fiat. Ex eodem Cap.Gene.

Quomodo executioni mandãdum decretũ in prima Miniſtri electione.

Declarat autem generale Capitulum, quod cum Prouincialis Miniſter præteritus fuerit ex patribus, qui in Hiſpania nati ſunt,& apud Indos habitum receperunt,& qui modo eſt Miniſter Prouincialis,ſit ex Prouincijs Hiſpaniæ,electio Miniſtri Prouincialis in primo futuro Capitulo debet fieri ex Patribus qui vulgo dicuntur Criollos. Ex eodem.

Miniſtro in officio decedente quis eligendus.

Item,declarat generale Capitulum, quod ſi contingit ante expletum triennium Prouincialem Miniſtrum mori,aut officio renunciare priuari, aut ad maiorem dignitatem aſſumi quocumque tempore, etiam infra menſem contingat, electio ſucceſſoris non debet fieri ex parte defuncti,ſed ex parte ſequenti,ac ſi reuera defunctus expleuiſſet triennum. Ex eodem.

De noua Prouinciarum, & Cuſtodiarum erectione.

Ex Rom. 1600. Confirmatur erectio Prouinciæ S. Gregorij Philippinarum, fratrum Diſcalciatorum. Prouincia S. Gregor.

Ex eiſdem. Declaratur duas eſſe Prouincias diſtinctas, illam quæ Duodecim Apoſtolorum de Lima nuncupatur, & illam, quæ in Toletanis conſtitutionibus Prouincia S. Antonij Charcarum appellatur, & cum ſine ordinis facultate fuerint aliquando dictæ Prouinciæ coniunctæ, nunc de nouo diuiduntur, & ſeparantur. Prouincia Duodecim Apoſtolorum, & S. Antonij.

Ex eiſdem. Declaratur etiam Prouinciam Sanctæ Crucis, vel Caracarum in Inſula, quæ dicitur Hiſpaniola, vel Sancti Dominici, veram eſſe, & nuncupari debere Prouinciam. Prouincia S. Crucis.

Ex Tolet. 1606. Confirmatur erectio Sancti Didaci Diſcalciatorum, & Zacathecarum in Noua Hiſpania Prouinciarum. Prou. S. Didaci. Prou. Zacathecarum.

Ex eiſdem. Item Prouincia Mechoacan diuidatur in Prouincias Guadalaxaræ, ſiue Nouæ Galiciæ, & de Ialiſco. Prou. Nouę Galliciæ. Prou. de Ialiſco.

Ex Roma. 1612. Cuſtodia Floridę erigitur in Prouinciā, ſub titulo S. Elenæ, cuius Imaginem habeat pro ſigillo, & Hiſpaniæ nouæ Prouincijs annumeretur. Prou. S. Elenę.

Ex eiſdem. Confirmatur erectio Prouinciæ Sanctæ Iacobi Nouę Gallęciæ, facta in Capitulo generali Toletano, anno 1606. Confirm. Prou. Nouę Galleciæ.

Ex eiſdem. Cuſtodiæ Paraguai, & Tucuman in Regno del Piru, in vnam, eandemq; Prouinciā eriguntur ſub titulo Aſſumptionis B. Virg. Mariæ, cuius Aſſumptionis habet Imaginem pro ſigillo. Prou. Aſſumption.

Ex eiſdem. Confirmatur denuo erectio Prouinciæ de las Charcas, & perpetuum ſilentium indicitur ſatagentibus cum Prouincia Limenſe iteratam vnionem commi nata pœna procuratoribus, arbitrio Reuer. P. Generalis infligenda. Confirmatio Prou. S. Anto. Charcarum.

Cuſtodia S. Catharinæ erigitur.

Erigitur noua Cuſtodia fluminis viridis ſub titulo, & tutela Sanctæ Catherinæ, à Prouincia Mechoacam omnino ſeparata, & Commiſſario generali Nouæ Hiſpaniæ immediate ſubiecta.

In Cap. Gen. Seg. 1621.

PRO INDIA ORIENTALI.

Erectio Prouinciæ, & Cuſtodiæ cõfirmatur cũ conditionibus, & declarationibus Salmanticæ conſtitutis.

Ex Rom. 1612. & ex Salm. 1618.

IN primis confirmatur erectio Prouinciæ ſanctę Thomæ in India Orientali, & etiam confirmatur inſtitutio Cuſtodiæ Matris Dei de Malaca, fratrum Recollectorum prout in Capitulo generali Romę habito, anno Domini 1612. authoritate Apoſtolica fuit decretũ, & in Salmanticenſi, anno 1618. probatum, ſeruatis tamen conditionibus, & declarationibus in eodem Capitulo Salmanticenſi conſtitutis, quæ modo probantur, & confirmantur, prout habentur in literis patentibus typis mandatis manu Reueren. P. Miniſtri generalis ſubſcriptis, & ſigillo ſui officij munitis, datis Matriti die vltima Iunij, anno Domini 1618. quæ omnia, & ſingula inuiolatè ſeruari, & ſeruanda eſſe decernimus.

Decreta Reuerendiſſimi Miniſtri generalis, item probãtur, & cõfirmantur.

Ex Congr. gen. Segou. 1621.

Probantur, & confirmantur, etiam alia quędam decreta ab eodem Reueren. Patre Miniſtro generali exhibita, & ad Indiam lingua vulgari tranſmiſſa ſuper electionem Vicecommiſſarij generalis illarũ partiũ, decedẽte Commiſſario, ſiue infirmitate, vel alio impedimento grauato quominus poſsit officiũ exercere, & ſuper nonnulla dubia quæ mergi ceperent circa eiuſdem Commiſſarij poteſtatem, & Miniſtri iuriſdictionem, quæ quidem decreta præcipimus ad vnguem obſeruari.

Poteſtas Cõmiſſarij generalis declaratur.

Ex eiſdem.

Decernentes præterea Commiſſarium generalem in India Orientali exiſtentem eandemmet poteſtatẽ habere in omnes fratres, & Cõuentus noſtri Ordinis ibidem commorantes, quam habent Cõmiſſarij generales Indiarum Occidentalium, eandemq;

in ſuo munere durationem: proptereà que ſimili modo ei omnes fratres parere debent, prout ſupra decretum eſt.

Teneatur autem Commiſſarius generalis prædictus in India Orientali expectare aduentum noui Commiſſarij generalis, qui ſuam viſitationem, & Syndicationem recipiat.

Ex eiſdem. Commiſſarius generalis prædictus ſi poſt triennium ſui muneris laudabiliter expletum voluerit in India Orientali permanere, ſit Pater Diſcretus, & Diffinitor perpetuus Prouinciæ, & Cuſtodię, & inter earum Patres primum locum teneat, vt decretis Reuerendiſsimi continetur. Eiuſdem Cōmiſſarij priuilegia ſi ibidem remanſerit.

Ex eiſdem. Si verò ad propriam Prouinciam voluerit remeare, & in ea fuit anteà Diffinitor, inter Patres eiuſdem Prouincię connumeretur, vt ſupra dictum eſt de ijs, qui in Indijs Occidentalibus Commiſſarij generalis officio functi ſunt: ſi verò Diffinitor non fuit inter eos, qui hoc munere functi fuerint, ſeruata habitus antiquitate, præcedentiam obtineat. Si ad propriã remeauerit Prouinciã ité.

Ex Salmãt. 1618. In omni Capitulo Prouinciali eligatur ſimul cum Diffinitoribus Cuſtos ad Capitulum generale mittendus, quo ab illis partibus diſcedente, etiam ſi contigerit interim Capitulum Prouinciale celebrari, & alium eligi, is tamen qui tranſmiſſus fuerit, verus, & legitimus Vocalis cenſeatur ad Capitulum generale proximè celebrandum. Cuſtos ad Capitulum generale trãſmittend' eligatur eius muneris duratio.

Ex eiſdem. Si tamen pro expenſis vitandis expedire videatur, poterit Cuſtos eligi ex fratribus Prouincijs Portugalliæ reſidentibus, qui per ſex annos cōmorati ſunt in eadem Prouincia, ſiue Cuſtodia. Cuſtos ex Prouincijs Portugaliæ poſsit eligi.

Ex eiſdem. Fratres qui ad Indiam Orientalem tranſmigrare voluerint, ſi in mari antequàm ad Promontorium Bonæſpei appulerint, e vita ceſſerint, pro filijs ſuarum Prouinciarum habeãtur, vt in illis ſuffragia pro defunctis fiant, & Miſſæ dicantur, quod ſi vltra dictum Promontorium obierint Prouincia Sancti Thomæ teneatur pro eis ſuffragia facere, & Miſſas dicere. Suffragia pro decadẽtibus in via à quibus ſacienda.

Pro

omnia negotia expedienda, quæ illi peruenerint tractaturi, neque poterit illos ad alias Prouincias tranſmittere, neque inconſultis Miniſtro, ſiue Commiſſario generali eos permittere à confinibus Regni Portugalliæ exire, nec vllo modo ad Curiam Regiam accedere. tres ab India venientes.

*

OTECA NAZ. ROMA EMANUELE

FINIS STATVTORVM generalium.

Diffinitio legis, ſiue ſtatuti, ex doctrina Platonis.

Statutum, vel lex eſt vera gubernandi ratio, quæ ad finem optimum per commoda media dirigit gubernatores, obedienti præmium, tranſgredienti pœnam ſtatuens.

Ex Marſ. Phyſin. in argum. Min. & Iauell. in Pol. Plat. tract. 3. cap. 1.

IN:

TABVLA CAPITVLI GENEralis intermedij Segouienſis.

IN DEI NOMINE AMEN.

HÆC eſt tabula celeberrimi huius generalis Cōgregationis, ſiue Capituli intermedij, pro noſtra Ciſmontana familia, in hoc Conuentu Seraphici Patris noſtri Franciſci Segouienſi, Almæ Prouinciæ Immaculatæ Conceptionis, celebrati in vigilia Pentecoſtes, die vigeſimo nono menſis Maij, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, ſub Reuerendiſsimo P. N. F. Benigno à Genua, totius Ordinis Minorum regularis Obſeruantiæ

Miniſtro generali in hoc Capitulo ad præſcriptum Apoſtolicum Leonis Decimi præſidente.

In primis triennio Reueren. Patris fratris Ioannis Benido, in hac Ciſmontana familia Commiſſarij generalis trãſacto, ſuoque curſu laudabiliter cõſummato, noſter Reuerendiſsimus P. F. BERNARDINVS DE SENIS Prouinciæ Portugalliæ Pater, omnibus vnanimi conſenſu, nemine dempto, ſuffragantibus, in generalem Commiſſarium noſtri Seraphici Ordinis in hac Ciſmontana familia, feliciter electus eſt.

Diffinitor perpetuus, & Pater Ordinis pro hac Ciſmontana familia, Reuerendiſſimus P. F. Ioannes Benido Commiſſarius generalis præteritus cenſeatur.

Procurator Generalis Ordinis in Romana Curia.

A Reuerenendum P. frater Bonauentura de Maſignana, Prouinciæ Marchiæ Miniſter.

Com-

Commiſſarius Ordinis in Romana Curia.

A Reuerendiſsim. Pat. Frater Antonius Daça, Prouinciæ Inmaculatæ Conceptionis Pater.

Diffinitores generales pro hac Ciſmontana familia.

A Reuer. P. Fr. Alphonſus Vargas Carthaginenſis Prouinciæ, Pater, & Cuſtos.

A Reuer. P. Fr. Didacus de Vera, Prouinciæ S. Pauli Diſcalciatorum fratrum Miniſter.

A Reuer. P. Ioannes Cusfeldius, Prouincię Colonienſis Pater, & Commiſſarius.

A Reuer. P. Fr. Hugo Cauellus, Prouinciæ Hiberniæ Cuſtos.

A Reuer. P. Fr. Iacobus Lafroigne, Prouinciæ Franciæ Pariſienſis Cuſtos.

A Reuer. P. Fr. Petrus Cordurerius, Prouinciæ S. Ludouici Cuſtos.

Guardianus, & Commiſſarius Terræ Sanctæ.

REuerend. P. frater Thomas de Nauarria, Romanæ Prouinciæ Pater.

Guardianus Constantinopolitanus.

PAt. F. Didacus de Roma, Prędicator Prouinciæ Romanæ alumnus.

Statuta generalia.

STatuta generalia Barchinonenſia in prçſentibus comitijs recognita, & examinata, & nouo ordine diſpoſita, à toto Diſcretorio recepta, & à Diffinitorio probata, vt typis mandentur, & ad ſingulas Prouincias tranſmittantur, Reuerend. curent.

Erectio Cuſtodiæ.

ERigitur noua Cuſtodia fluminis Viridis, ſub titulo, & tutela S. Catharinæ, à Prouincia Mechoacan omnino ſeparata; & Commiſſario generali Nouæ Hiſpaniæ immediatè ſubiecta.

Patronatus generalium Congregationum.

OMnium Patrum vnanimi conſenſu, ac debita cum gratiarum actione recipitur Patronatus perpetuus omnium generalium Comitiarum, in hac Ciſmontana familia vbilibet celebrandarum, quem Illuſtriſ. DD. D. Ioannes Andreas Hurtado de Mendoça, & D. Maria de Cardenas, Marchiones de Cañete, ſua in noſtrum Ordinem ſingulari pietate, ac deuotione dignati ſunt expoſcere, & eleemoſyna neceſſaria, modo tamen nobis licito, dotare.

Patronatus Capitulorum generalium Vltramontanæ familiæ.

ETiamque eodem conſenſu, eademq; met gratificatione ab hac Ciſmontana familia, acceptatur Patronatus omnium Capitulorum generalium in Vltramontana familia perpetuò celebrandorũ, per eoſdem Illuſtriſ. DD. Marchiones, ſimiliter expoſcitus, & dotatus.

Se-

Sequuntur ſuffragia.

PRo Beatiſsimo Patre D.N. Gregorio XV. Pontifice Maximo, & pro eius incolumitate diuturna, à quolibet Sacerdote huius familiæ, tres Miſſæ celebrentur.

Pro Catholico Hiſpaniarum Rege noſtro Philippo IIII. proque Regina, & prole Regia, omnes Sacerdotes duas Miſſas celebrent.

Pro Chriſtianiſsimis Rege, & Regina Francorum, vna Miſſa dicatur.

Pro Sereniſsimis Infantibus Archiduciſſibus, vna Miſſa.

Pro Illuſtriſ. ac Reuerendiſ. D.D. Cardinali Verallo, noſtri Ordinis protectore dignissimo, vna Miſſa.

Pro Illuſtriſ. DD. Marchione, & Marchioniſſa de Canete, noſtræ generalis Congregationis Patronis meritiſsimis, à quolibet Sacerdote vna Miſſa celebretur, & à Clericis, & laicis centum Paternoſter, & totidem Auemaria dicantur.

Fra-

Fratres defuncti.

A Capitulo generali vſque ad præſens, in hac familia deſiderati ſunt mille ſeptemcenti & ſexaginta fratres noſtri, quorum animæ, & omnium fidelium defunctorum, per miſericordiam Dei requieſcant in pace. Amen.

Fr. Benignus à Genua, Miniſter generalis.

Fr. Ioannes Venido, Commiſſarius generalis Indiarum.

Fr. Antonius Daça, Commiſſarius Curiæ.

Fr. Didacus Vera, Diffinitor generalis.

Fr. Hugo Cauellus, Diffinitor generalis.

Fr. Petrus Cordurerius, Diffinitor generalis.



Fr. Bernardinus de Senis, Commiſſarius generalis.

Fr. Alphõſus Vargas, Diffinitor generalis.

Fr. Ioannes Cusfeldius Diffinitor generalis.

Fr. Iacobus Lafroigne, Diffinitor generalis.

Fr. Didacus Baraſſa Miniſter Caſtellæ; & præſes Diſcretorij.

Fr. Ioannes Frãciſcus Mantes Secretarius in hac familia.

232

RESTAURO AL LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA
1973